

qui, ad modum, hoc est, in §. si communis servus, ff. de acquir. rer. domin.

13 Non enim thesaurus ullo modo est fructus fundi naturalis aut civilis, ut in l. de vortio §. si fundum, in fin. ff. sol. matr. nec est etiam pars vel portio aliquis fundi, sed res pro se separata, nihil cum fundo habens communem, §. N. veratius, ff. de acquir. possess. & ibi glof. verbo, cepisse, & communiter scribentes D. Molin. d. cap. 23. n. 4. & sic usus fructus, qui habetur in fundo, non potest extendi ad thesaurum in eo inventum. Igitur fructuarius, nec dominium, nec usufructum habebit in thesauro, seu in eius media parte, sed statim libere & pleno iure cedit soli proprietario, per d. §. si servus communis. Ecce merito his rationibus contra Guilielm. Benedict. ubi supr. hanc opinionem in terminis probat Carol. Molin. in consuet. Parisi. tit. 1. §. 1. n. 43. & §. 37. ad fin. n. 48. & tenet glof. & Bald. atque communiter Dd. in d. §. si fundum, teste Doct. Molin. qui eandem opinionem probat, d. lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 23. nu. 2. ubi in idem citat Boer. decis. 51. n. 2. & decis. 224. n. 9. & tenuit Alb. in rubr. ad fin. C. de usufructu. Andr. de Isern. in c. 1. n. 95. que sint vergal. Angel. in sum. verb. inventum, n. 12. Sylvest. in sum. verb. inventum, n. 12. Burfat. consil. 209. n. 9. & alii, quos citat Baer. de decim. tit. c. 24. n. 5. & sequitur Barbof. in d. §. si fundum, n. 25. Estque verissima & recepta sententia, iuxta quam tutor & curator, cum sit fructuarius decimarum, non habebit partem thesauri inventi in fundo sui minoris, nec eius usum: quia thesaurus non est in fructu nec commoditate fundi, sed donum Dei, ut dicebamus, & semel erutus non renascitur, & que non renascuntur, non censentur fructus, neque ad fructuarium pertinent, neque ex his, que non renascuntur decima, est danda tutori aut curatori, nisi late probavimus supra, c. pro eod. & in terminis thesauri probat Baer. d. c. 24. n. 5. cum seq.

14 Quia si fructuarius inveniat thesaurum in fundo, cuius usufructum habet, tanquam inventor sui in dimidiam habere debet, cum & si inveniat eum in fundo omnino alieno, idem esse recipiendum, ita declarat Rebuff. in d. l. bonorum, col. 3. post princ. ff. de verbor. signif. & Ioan. Garf. de expens. & melior. c. 22. num. 51. quos referit & sequitur Barbof. ubi supra, nu. 25. ubi intelligendo sane, &c. Idem dicendum est in marito. Nam si sis inventi thesaurum in fundo dotali, efficitur dominus illius thesauri pro dimidia parte, ac si eum invenisset in fundo profus alieno, iuxta glof. 2. in l. unice. C. de thesaur. lib. 10. sequitur Barbof. in d. §. si fundum, num. 23. quod si maritus.

15 Neque tamen obstat, quod maritus quamdiu durat matrimonium, habere debet mediam partem thesauri in fundo dotali inventi, eo quod soluto uxori restituenda erit, ut in d. §. si fundum, & ibi gl. Bart. Bald. & communiter scribentes, quia maritus de iure dominus est fundi dotalis, licet ad tempus & revocabiliter, & sic pro tempore sui domini sui efficit dominium illius thesauri, & finitur finito dominio fundi, ut habetur in d. §. si fundum, & ibi glof. verb. in alieno, Bart. num. 1. & communiter scribentes, Carol. Molin. ubi supra, & D. Molin. d. c. 23. n. 2. & plures allegans Barbof. in d. §. si fundum, n. 23. ubi n. 24. alia ratione comprobat, longe aliud in usufructuario contingit, ut satis deductum est supra.

16 Præterea tamen quamvis maritus largo modo constante matrimonio, dominus rei dotalis dicatur, ut in l. in rebus cum similib. C. de iure dot. uxor tamen etiam constante matrimonio rerum dotialium domina est, toleraturque dominium apud duos diversis respectibus, ut inquit Bald. in l. in rebus, n. 6. in fin. C. de iur. dot. & Corras in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 33. ff. de acq. poss. quos referit & sequitur D. Molin. ubi sup. n. 6. addens plures scribentes, quos ibi refert censuisse, quod dominium rerum dotialium magis dicatur uxoris, quam viri: Idque clarius procedere in thesauro in fundo dotali invento: non enim dicitur inventus in fundo mariti, sed uxoris, ut non obscure probat text. in d. §. si fundum, ubi, quasi in alieno inventi, & declarat optime glof. ibi, verb. alieno. Non igitur mirum est, si thesaurus in fundo dotali inventus ad maritum perpetuo non pertineat, sed ad tempus, nempe constantis matrimonii: eo vero soluto, mulieri, hoc est, uxori restituatur, ad usufructuarius vero nullo modo, nec pro ullo tempore pertineat.

Ex eisdem supra adductis deducitur a fortiori, non oblatre, quod supra pro prima opinione adduximus, de possessore maioratus. Is enim durante eius vita verus & proprius dominus est. Merito ergo, ut ad ipsum perti-

neat thesaurus in fundo maioratus inventus absque ullo onere restitutionis sequentibus faciendus, quia vivente eo, alteri dominium utile nec directum pertinet.

Similiter etiam eiusdem rationibus non obstat, quod de emphyteute & vasallo rei feudalis diximus, quoniam is etiam dominium utile habet, quod sufficit ad acquisitionem thesauri absque onere restitutionis: Ratio namque differentia inter fructuarium & emphyteutam est, quia usufructuario ea tantum utilitas conveniens ex fundo conceditur, quæ in fructu consistit. Cum ergo thesaurus in fructu non sit, merito ut dimidia fundi cedat proprietario: Ceterum ad emphyteutam, omnis utilitas ex fundo, quocumque modo provocans, pertinet, & ideo competit etiam prædicta medietas, quæ ratione utilis domini fundi conceditur, ut latius comprobat Barbof. in d. §. si fundum, sub num. 28. vers. ex bis.

Quibus constitutis iam clare patet, ad fructuarium minime pertinere dimidiam partem thesauri inventi in fundo, cuius proprietatem alterum pertinet. Et hoc de dimidia parte thesauri fundi eiusque domino debita. Ceterum si fructuarius inveniat thesaurum in fundo, cuius usufructum habet, tanquam inventor sui in dimidiam habere debet, cum & si inveniat eum in fundo omnino alieno, idem esse recipiendum, ita declarat Rebuff. in d. l. bonorum, col. 3. post princ. ff. de verbor. signif. & Ioan. Garf. de expens. & melior. c. 22. num. 51. quos referit & sequitur Barbof. ubi supra, nu. 25. ubi intelligendo sane, &c. Idem dicendum est in marito. Nam si sis inventi thesaurum in fundo dotali, efficitur dominus illius thesauri pro dimidia parte, ac si eum invenisset in fundo profus alieno, iuxta glof. 2. in l. unice. C. de thesaur. lib. 10. sequitur Barbof. in d. §. si fundum, num. 23. quod si maritus.

Ad rem igitur, tutor vel curator dimidiam partem thesauri in fundo sui minoris inventi, eidemque debitam ratione domini minime decimabit: Quia in fructu non consistit: & in terminis probat late Baer. d. cap. 24. nu. 5. cum seq.

Si tamen ipse tutor vel curator inventor sit thesauri in fundo sui minoris, illam dimidiam ratione inventionis debitam, etiam in fundo alieno integre sibi percipiet, non vero ratione laboris in tutela vel cura impensis, nec virtute d. l. firi, decimam fructuum minoris eius administratoribus deferentis, sed tanquam extraneus quicumque alius inventor per omnia prædicta: & cum his remanet expedita nostra questio principalis. Cetera ad materiam thesauri inventi pertinentia, quoad alia, late explicant Ioan. Garf. & Barbof. ubi supra.

S U M M A R I A.

- 1 Decimam lignorum casorum an habere & percipere debeat tutor vel curator? & num. seqq. per totum caput resolutur, num. 20.
- 2 Sylva cadua qua sit.
- 3 L. sylva cadua, 30. ff. de verbor. signif. declaratio & intellectus.
- 4 Sylva, que non habetur, ut cadatur, non dicitur sylva cadua, quantumcumque, si cadatur, renasci possit, ut est ferens glandes.
- 5 Sylva cadua, qua tamen casam non renascitur, non dicitur cadua.
- 6 Usufructuarius & maioratus possessor possunt arbitrio boni viri cadere pines cum destinatum ad cadendum.
- 7 Sylva geminales, vel geminales, vel cremiales sunt in fructu, sicut sylva cadua: ideoque pertinent ad maritum usufructuarium & emphyteutam, ut in num. 8.
- 8 Usufructuarius cadere potest sylvam caduam eaq. uti, sicut bonus paterfamilias ea usi solebat: Sylva ramorum non cadua cadere non potest, nisi in vinea usum, dum tamen desertiorem fundum non faciat, ut in num. 10.

11 Ma-

- 11 Maritus constante matrimonio pro sylva consuetudine cadere potest arbores sylva uxoris cadua: non vero arbores fructiferas.
- 12 Conditio sylva privati potest sylvam caduam suo tempore cadere.
- 13 L. sylva, 11. ff. de usufructu. intellectu.
- 14 Maioratus possessor indistincte potest sylvam caduam cadere, dummodo id faciat, ut paterfamilias fecisset.
- 15 Maioratus possessor, usufructuarius, & maritus sylvam non caduam, cadere non possunt, ut hic limitatur & declaratur pluribus modis, ut in num. 16. 17. 18. & 19.
- 21 Usufructuarius arboribus vento evulsis frui non potest, nisi pro suo usu aut reparatione domus sylva ubi nascuntur.
- 22 Usufructuarius & maioratus possessor, quomodo venari & occidere possit feræ utriusque.
- 23 Decimam venationum eorum que redditum juris vendendi venditi vel locati, tutor vel curator habere debet.
- 24 Fructuum appellatio venit palea.
- 25 Usufructuarius potest piscari pisces stagni eoque occidere, dummodo alii in locum eorum subsistantur.
- 26 Pisces, qui in stagno sunt, dicuntur pars fundi, si ibi positi sint, ut multiplicentur & crescant: secus si ibi sint positi cassi & stolidi.
- 27 Maioratus possessor potest piscari pisces stagni alios subrogando.
- 28 Subrogatio corporum facit, ut semper eadē res dicatur.
- 29 Decimam piscium & redditum eorum habere debet tutor vel curator & columbarum, num. 28.
- 30 Decimam utilitatis protocollorum, an tutor vel curator debeat & num. seq.
- 31 Protocollorum utilitas, qua non renascitur, non dicitur esse in fructu, & ideo non pertinet ad uxorem usufructuarius, sed tantum usufructus pecunie.
- 32 Protocolla & registra Notarii non comprehenduntur hodie in fructibus bonorum Notarii, nec vendi possunt per eius heredes.
- 33 Protocollorum utilitas in medietas non pertinet ad uxorem Notarii de iunctis.
- 36 L. 24. tit. 25. lib. 4. Nov. Collect. Reg. declaratio, & num. 37.

C A P U T XXVII.

An tutor vel curator decimes ligna arborum sylvarum & nemorum casæ? & alia de quibus hic.

1 **M**INOR habet sylvam vel nemora arboribus densa, que extrahuntur vel succiduntur, queritur, an tutor vel curator ipsius decimam eorum lignorum tanquam fructuum habere debeat?

In hac questione Baer. de decim. tit. cap. 21. num. 19. tenet, quod si arbores excise eius nature sint, ut non renascantur, tutor eas decimare non possit, quoniam in fructu non sunt, neque ad eum pertinent, ad quem fructus pertinent, l. de vortio §. si fundum, ff. sol. matr. & quod ibi notant omnes Dd.

2 Ergo pro clariori intelligentia & decisione huius questionis in primis cum iuriconsulto in l. sylva cadua, 30. ff. de verbor. signif. præsuppono, quod sylva cadua est (ut quidam putant) que in hoc habetur, ut cæderetur: Servius eam esse, que succisa rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur, ex cuius legis intellectu & explanatione, eorum, quæ infra adducemus, liquet decisio nostre questionis.

3 Ad explicationem igitur illius textus, observandum est, quod licet in eo prima facie videantur assignari duæ diversæ definitiones vel descriptiones sylva cadua, ut intellexit Coman. lib. 4. com. c. 1. n. 5. & voluit D. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. c. 25. n. 1. ubi exponit sylvam caduam, id est, eam, quæ in hoc habetur, ut cædatur, seu quæ

succisa rursus ex stirpibus aut radicibus nascitur: verius tamen est utramque definitionem esse conjungendam, quasi J. Crus velit, sylvam caduam dici, que in hoc habetur, ut cædatur, & que excisa ex stirpibus & radicibus renascatur, ut est de mente Alciati & Brechei, in d. l. Sylvanum, 3. Unde ad hoc, ut sylva cadua proprie dicatur, duo copulative requiruntur, scilicet quod in hoc habetur, ut cædatur, id est, cuius utilitas in eo consistit, quod cædatur: item quod excisa ex radicibus vel stirpibus renascatur, quod etiam sequitur Alexand. consil. 118. n. 3. lib. 5. & voluit Rebuff. in d. l. sylva cadua, in princ. in vers. est autē sylva, ubi quod sylva vocatur cadua, quæ frequenter cæditur, sive materix causa cædatur, sive lignorum, & quod illius sylva cædatur quædam excisa ab eo stipite repullulat, ut oliva, que reus, & alie arbores frequentius, altera vero ex stirpibus, ut arundo, in detundens cædatur vocatur, in l. qui fundum, §. si fin. ff. de contrab. emt. & arundinetum locus arundinibus conlatus, l. item, §. fin. de usufructu, sequitur Pet. Barbof. in l. de vortio, §. si fundum, sub n. 1. & 2. ff. sol. matr. latius est, quod renascatur etiam post longum tempus & spacium, secundu. Alex. ubi supra, n. 7. sequitur Paris. consil. 111. n. 32. lib. 1. Menoch. consil. 13. n. 15. lib. 1. & Coman. ubi supra, id deducens ex mente J. Crui. d. l. sylva, & probat Curt. Sen. consil. 71. super contr. over. n. 28. col. 2. penult. Et hæc est communis sententia, licet alii contrarium probent, & cum eis Arias Pinel. in l. 1. in 2. part. nu. 59. ad fin. C. de bon. matern. nempe ut ad hoc, ut sylva cadua dicatur, requiritur, quod cæsa brevi renasci possit, ut affirmat Barbof. ubi supra, n. 2. quam communem defendit Ioan. Garf. de expens. & melior. c. 11. n. 35.

Aliam explicationem ad d. l. sylva, adducit Barbof. ubi supra, d. n. 2. vers. que explicatio, quod J. Crui. ibi tetigit duos modos, quibus sylva cædi dicitur: nam ut dicitur arbores usque ad radices, aut loto rami salvo trunco, ut colligitur ex l. si servum §. solvam, in fin. ff. ad leg. Aquil. & l. i. §. ff. de arb. cad. l. vero sylva primo modo cæditur, dicitur renasci ex radice: in secundo, dicitur renasci ex stirpibus, id est, ex ipsis truncis.

Ex t quibus primo inferitur, quod si sylva non habetur ad hoc, ut cædatur, non dicitur sylva cadua quantumcumque sic cadatur, renasci possit, ut sylva ferens glandes, que non dicitur cadua, quia ad hoc non habetur, ut cædatur, sed ad passum porcorum, ut colligitur ex d. l. sylva cadua, §. fin. & tenet Rebuff. ibi paulo post princ. vers. sylva alia est glandaria, & Barbof. ubi supra, ad fin. d. n. 2. ubi solvit difficultatem, que in hoc videbatur esse, ex l. cum manu facta §. ff. de contrab. emt. ubi sylva ferens glandes, & tamen dicitur cadua, nempe ut semper attendi debeat, id quod principaliter sylva destinatur, & secundum hoc dicitur sylva cadua vel non cadua ex mente Alciati, in d. l. sylva, n. 3. & ibi Brechei ad fin.

Secundo, t ex superioribus inferitur, quod licet sylva habeatur ad hoc, ut cædatur, sitamen cæsa ex eadem radice non renascitur, vel etiam ex trunco iuxta l. 3. §. 2. ff. arb. furim casar. non dicitur cadua, quia deficit secundum requisitum, ut de pineto tradit Anton. Gamma decis. 104. nu. 2. quicquid contrarium pro constanti habeat Pelæz. de maiorat. 4. part. quest. 39. n. 5. sed adversus eam præstatam secundum illustrationem sequitur Barbof. ubi supra, num. 2. & 10.

Nihilominus tamen Anton. Gamma ubi supra tenet, quod si pinetum sic destinatum ad cædendum, fructuarius possit pinetum cædere, dummodo id faciat boni viri arbitrio, quod etiam in maioratus possessore probavit Pelæz. ubi supra, quod verius & tenendum esse censet adversus Barbof. ubi supra, qui tandem n. 10. fatetur, quod ne prædicti usufructus pineti remaneat inutilis, illud admitti potest, ut hoc casu induatur decisio text. in l. item si fundi, 10. §. fin. ff. de usur. vel saltem ad consequendum regionis recurrendum sit, arguementis exceptis, C. de locat.

quæ consuetudo affirmativa notoria & manifesta est in eo iudicio: quinimo adhuc ea cessante veriorum esse censio opinionem Gamæ & Pelacæ: quia pinetum ad hoc solum destinatum est, ut cedatur ad fabricandas domos, & alia, & in eo semper alii pini nascuntur, tamen si non ex terris, nec radicibus, sed ex semine, quod deiecit in situm, nascuntur & producantur, ut experientia docet quotidie, & ita alios pinos natura substituit, quod sufficit in proposito.

7 Aliæ sunt sylvæ germinales, quæ alias vocantur etiam geminales & cremiales, quarum idem sensus est, & hæc sunt in fructu, sicut sylvæ cædua: *text. in l. de vortio, §. si fundum, & ibi gl. verb. germinales, & Dd. communiter, teste ibi Barbofin princ. & num. 1. quæ eam sequitur & latius declarat.*

8 Histric præhabitis dicendum est, sylvam cæduam vel geminalem esse in fructu, ac proinde ad maritum pertinere, eademque ratione ad fructuarium vel emphyteutam: *ita tenet Arretin. in d. §. si fundum, post princ. & Alex. consil. 118, num. 3. lib. 3. Paulus de Monte Pac. in l. Titia, cum testamento, §. fin. num. 115 ff. de legat. 2. Boer. dec. 51, num. 9. D. Molin. ubi supra, num. 2. & Barbofin d. §. si fundum, num. 3.*

6 Unde fructuarium sylvam cæduam potest cedere caqui, uti, sicut bonus paterfamilias uti solebat, & in triennio vel quinquennio pro consuetudine domini & non ante: sylvam autem non cæduam cedere non potest, nisi in vinea ulum, dum tamen deteriorum fundum non faciat, ut tenet Rebuff. in d. §. sylvæ cædua, in vers. ult. in l. Titia.

11 Ubi in vers. sequitur, loquitur in marito, quod constante matrimonio pro sylvæ consuetudine cedere possit arbor, res sylvæ cæduæ uxoris arboribus vero fructiferas minime: & quod conductor privan potest sylvam cæduam suo tempore cedere, quia recolligere potest fructus & hoc est in fructu, ut pulchre consilium Alex. ubi supra, quia alias esset conductor sine fructu, quod esse non debet.

13 Neque superiorem circa fructuarium resolutis obstat. *ex sylvæ, ff. de usufructu, ubi text. tantum permittit fructuarium, ut ex sylvæ cædua cadat ramos & pedamenta, non autem ei concedit totam cedere, quia illi text. potest pluribus modis responderi, ut patet ex late adductis circumstantiis, per Barbofin ubi supra, num. 3. cum pluribus sequ. ubi ponit veram illius text. interpretationem, secundum ipsum amplianter superiora, ut per Rebuff. ubi supra, §. 2. 41.*

14 Possessor autem maioratus indistincte potest sylvam cæduam cedere, dum tamen id faciat, quod diligens paterfamilias in re propria fecisset, *lea igitur, ff. de pig. act. neq. adeo ut usufructuario usus eius restringendus erit: sed ut vero domino concedendum, cum ipse maioratus possessor verus dominus sit, dummodo dolus malus seu dissipatio ab sit, ut probat D. Molin. d. lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 22, num. 3. cum seq. & Pelacæ, de maior. 4. part. quæst. 39, num. 5. & Barbofin ubi supra, num. 7, ubi idem in emphyteuta & in marito probat, qui habent dominium: usufructuarium vero non.*

15 Limitatur hæc ultima assertio de maioratus possessore, emphyteuta, & marito, ut non procedat in sylvam non cædua, ex qua arboribus grandes fructiferas cedere non possunt, quia id neque fructuario, neque vallo, neque emphyteute, neque et, qui ad longum tempus conduxit, nec de ioco commissario, nec etiam marito in rebus dotalibus permittum est, *sed si grandes, 12. de usufr. l. aquissimum §. usufructuarium, ubi per Alb. n. ff. de usufr. & in d. de vortio, §. si fundum, & l. 27. tit. 11. part. 4. Cap. de serv. rust. præd. tit. de monte n. 13. Tirag. de retr. act. convent. §. 3. gl. n. 23. Inl. Clar. §. fundum, q. 47. & §. emphyteutis, q. 26. Rebuff. ubi supra, §. 2. 41. ver. §. cum seq. D. Molin. d. 22. v. 5. & Pelacæ, ubi supra, & hic intellectus ad d. sed si grandes, est magis communiter receptus, secundum Barbofin in d. de vortio, §. si fundum, n. 8. tamen ei non placeat, sed alius quem ibi refert,*

Nisi fructus arborum huiusmodi soleant excidi ad usum lignandi, vel ædificandi, vel quemcumque alium usum, vel si maioratus possessor arboribus fructiferis excidendo alias in earum locum sufficit, seu sylvæ ex incisione earum fructuosior reddatur, vel eius qualitas sylvæ sit, quod nisi arboribus cæderentur, usufructus inveniendus redderetur, quia tunc maioratus possessor iuxta consuetudinem eas cedere poterit, *ut cum l. in d. §. si fundum, n. 4. & Tirag. ubi supra, §. 2. 41. n. 24. cum seq. & sicut D. Molin. ubi supra, n. 5. & constat etiam ex Rebuff. ubi supra, in vers. 8. ubi hoc intelligit, quando arboribus illæ sufficit esse æquivalentes avulsis: Alias enim potest quique sic omnes evellere & alias plantare, ut in centum annos postea pariter non essent futuræ valoris cum aliis, quod esset absurdum, quia nempe sic fructifera sylvæ posset destrui, & si quis in locum vetustissimæ jam morientis aliam sufficere vellet, eidem permitteretur.*

Limitatur hæc secundo, quod arboribus grandes cædi possunt, quando nullus ex illis fructus percipi possit, vel usus, nisi incidendo, ut est fagus, fraxinus, vel alia similis arbor, nullam afferens fructum, *secundum Bald. & Cur. quos refert.*

Non tamen possit fructuarium excidere arbores etiam infructiferas, quæ tamen ambulationes opacas & æmœnas reddunt, *secundum Capol. de serv. urb. prædior. cap. 81. ad fin. ex d. l. aquissimum, §. fructuarium, ff. de usufr. quod etiam voluit Alciat. in d. §. sylvæ cædua, num. 3. & 6. sic intelligit d. §. si grandes, tamen si hic intellectus ad illam legem non placeat Barbofin ubi supra, num. 8. Vera tamen in se conclusio hæc videtur tenenda.*

Sic etiam Angelin. d. ex sylvæ, ff. de usufructu, resolvit, quod si arbores sint grandes, ita ut in altitudine excedat sylvam, non possint incidi, nisi quoad ramos, *sequitur Paul. de Monte Pac. in d. §. Titia, cum testamento, §. fin. num. 115, ff. de legat. 2. sentiens platanos & alias arbores grandes, non posse incidi per fructuarium, & Bald. consil. 209. vulgare est, num. 2. lib. 2. quos refert Barbofin ubi supra, num. 8.*

Descendendo igitur ad decisionem nostre questionis principalis, de qua in princ. huius cap. de tit. & cur. an debeat habere decimam lignorum cælorum? respondendum est extrapradictis: quod in quibus casibus iuxta ea datur in hoc usufructuario sylvæ cæduæ, pertinentis ad minorem, sive ex bonis liberis, vel maioratus, vel ratione emphyteutis: in illis tutor vel curator decimam eorum habiturus sit ex nostra lege, *si rari sapius allegata.*

Si vero sylvæ cædua non sit, vel etiam in quibus casibus ad fructuarium ille usus vel commoditas non pertinet, neque ad tutorem vel curatorem decima eius pertinet: quia tutori vel curatoris tantum permittitur sibi accipere pro suo labore decimam fructuum bonorum minoris, iuxta d. l. fructus. Ergo si prædicta in fructu non consistunt, ea decimam non poterit.

Unde cum fructuarium arboribus vento evulsis frui non possit, nisi pro usu suo, aut reparatione domus sylvæ, ex qua evulsæ sunt. Cetera namque ad verum dominum pertinent, *l. arboribus, ubi scribentes, ff. de usufructu. Moderni in d. de vortio, §. si fundum, ff. §. sol. matr. præcipue Barbofin num. 12. & 13. Capol. de serv. rust. prædior. tit. de montibus, num. 9. D. Molin. d. lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 22, num. 6. tutor vel curator minoris non decimabit prædictas arbores vento evulsas: Sed quamvis, quod prædiximus, in fructuario statutum sit, contrarium in maioratus possessore dicendum erit, cum ipse verus dominus sit, non autem usufructuarium, nisi tota maioratus substantia in arboribus, quæ vento evulsæ sunt, consistat, nec aliz facile substitui possint, nec fœdus ad aliud utilis sit, *secundum D. Molin. ubi supra, dicit, num. 6. ad fin.**

22 Sed cum fructuarium venari possit, occidere ferarum vivarium, in quo ipse capi solent, dummodo post eius mortem idem ferarum numerus maneat, qui tempore cepti usufructus, *l. usufructuarium venari, §. si in vivariis, ff. de usufructu. Molin. d. lib. 1. de Hispan. primogen. c. 22, n. 8. ubi idem censet in eo, qui cum pacto redimendi emit, qui interim dominus est, ut censet Capu. in l. 2. C. de pact. inter em. & vend. 13. & 14. quæst. & Tirag. de retr. act. convent. §. 3. gl. n. 22. Et in maioratus possessore, quamvis in ipso non esse fructum refrigerandum censet Molin. ut præcise, eundem numerum ferarum tempore mortis relinquere debeat, qui tempore successione in ventur, imo potius arbitrat, tanquam verum dominum, iuxta usum consuetum, venari posse, ferarumque occidere, dummodo dolus malus ab sit.*

23 Hinc est, quod tutor vel curator decimam obventionum & reddituum, qui ex commoitate juris venandi, venditi vel locati rediguntur, iuxta prædicta deducet, cum hæc in fructibus consistant, itaque ad usufructuarium eo iure spectent: Deducet igitur decimam ex avibus, feris solitis capi in vivariis pupilli. Nam appellatione fructuum veniunt, & vere solita capi, ut inquit Bart. in l. cum plures, ff. locat. & litem si fundi, §. ac superiorum, ff. de usufr. l. usufructuarium venari, ff. de usufr. ut. Casan. in consue. Burg. rub. §. 17. verb. & faye, num. 9. quos refert & sequitur Baec. de decim. tit. c. 24. n. 17. ubi etiam quod appellatione fructuum veniunt, ut per Specul. & Bald. in loc. de quibus ibi per eum.

24 Idem test dicendum in piscibus stagni, nempe ut usufructuarium possit piscari & pisces occidere, dummodo alii in locum mortuorum substituantur, *ut tenet Capol. de serv. rust. prædior. cap. 42, num. 6. ex text. in d. §. si in vivariis.*

26 Quia si dicuntur pars fundi, resque immobiles pisces, qui in stagno sunt, ut multiplicentur & crescant, quamvis pisces causa custodia in stagno repositi, pars fundi esse non censentur, sed quod ab ipso fundo ac fructibus eiusdem separantur, *l. limes & libra, alias incip. funes & libra, ff. de act. em. per quem text. hæc distinctio in specie posuit Guido Papæ de off. 91, num. 3. quoniam comprobatur & dicitur in consue. Paris. tit. 1. gl. 7, num. 116. & est vera & legenda secunda, D. Molin. d. lib. 1. de Hispan. primogen. c. 22, n. 10.*

27 Ubi idem in maioratus possessore probat cum ampliatione, de qua in præcedentibus, per subrogationem namque corporum fructus stagni perpetui efficiuntur, *l. cum debere, ff. de serv. urb. præd. Et si licet spatio temporis singula corpora moriantur, mediante tamen subrogatione semper eadem res dicitur, argum. l. proponere, ff. de iudic. Et in terminis, quod tutor vel curator decimam deducat ex piscibus & omni pecunia quamvis, ad pupillum iure redditus pertinet, ut pertinent ad Metymoniam Sidoniam decem, tenet Baec. d. c. 24, num. 17.*

29 Tutor igitur vel curator minoris habentis prædicta stagnum cum piscibus, decimabit obventionem & redditum eius fructus minori obventionis, *per supra dicta.* Similiter hoc idem statuum dum erit eadem ratione in colombario, *iuxta tradita per Capol. de serv. urb. præd. 77, n. 2. & D. Molin. ad declarantem, ubi supra, n. 11.*

30 Illud tamen difficultus est, an si pupillus esset filius alieni tabellionis, & ex protocollo multa exemplaria describerentur in magnam utilitatem pupilli, possitne tutor vel curator adulti ex huiusmodi utilitate decimam deducere? In qua questione plura pro & contra adducunt, Baec. de decim. tit. c. 25, num. 22. cum seq. & Barbofin d. de vortio §. si viv. n. 36. cum seq. §. sol. matr. qui tandem in specie nostra in partem negativam inclinat, & eam expresse probat Barbofin ubi supra, n. 37. qui n. 38. respondet fundamentis contrariis, & nos quoque eandem sententiam negativam sequimur, cuius id est præcipuum fun-

damentum, quod cum ex protocollo unum tantum exemplum deduci possit, nec concedatur aliud deduci, nisi ex magna causa, *l. si quis ex argentariis, §. fin. in fin. de eden.*

Utilitas proveniens ex protocollo, quæ non renascitur, non dicitur esse in fructu, & consequenter non pertinebit ad uxorem usufructuariam, *secundum Bart. in d. l. si vir in fundo, n. 3. & in l. quædam, §. nihil n. 9, ff. de eden. & consil. 30. in fin. & quamvis Paul. Callert. in d. §. si vir, & Rom. ibi dissentiant alii; præterea contrarium tenentium Bart. tamen ubi supra magis communis opinio esse videtur, secundum Baec. de decim. tit. c. 25, n. 23. estque hoc receptum, ut cum Soc. consil. 100, n. 4. lib. 1. & alio asserit & sequitur Barbofin ubi supra, n. 26. ad fin.*

Nihilominus tamen in hac specie Bart. tenenda videtur concordia Bald. & aliorum, quos citat Barbofin ubi supra, n. 37. dicens esse receptam, quamvis ipse tam non probet, nempe quod utilitas protocollorem non pertineat ad uxorem usufructuariam relictam a marito tanquam fructus. Et ita procedit opinio Bartoli negativa: sed nihilominus pro prædicta habitura sit usufructum in pecunia redacta ex exemplatione protocollorem, tanquam in pecunia hereditaria.

In tutor & curatore minoris hæc concordia verificari poterit, quando pecunia præd. redacta ex exemplatione protocollorem converta & collecta fuisset in rem fructiferam, puta emtionem prædiorum, vel in redditus annuos, & prout tutor & curator id facere tenentur: tunc namque decimam eorum, sicut ceterorum fructuum & reddituum minoris deducet tutor vel curator, alias secus.

Limitatur hæc negativam de decima protocollorem Baec. d. c. 25, num. 28. quod officium tabellionis ad patrem pertinens, & omnia protocollo pertinerent quoque ad pupillum, & per sublimitatem tutorem in solidum gerat officium tabellionis; & in eius domo omnia sunt & administrantur, quæ in domo tabellionis tunc namque tutor hic vel curator decimabit proventus officii, quoniam in redditu officii esse videtur, quod exinde percipitur, & quidem in casibus contingit (propterea potest ex privilegio Regis vel alterius Domini temporalis hoc ius habentis) vera mibi & tenenda videtur hæc sententia. Ceterum est de ratio contingentibus.

Hodie in Regis attentata, 2. tit. 25, lib. 4. nov. collect. Reg. qua cavetur, *quælibet scriptura processus registorum del servano maris, oprivadoy del qui renunciare el officio de escrivano se entregne al escrivano, qui succedere en el officio.* questio prædicta de decima protocollorem vacat, & non est necessaria, nisi in specie limitationis modo adductæ: Registra igitur jam non comprehenduntur in fructibus bonorum Notarii defuncti, nec vendi possunt per heredes, sicut antea, *secundum Avendaunum respos. 31, vers. fin. cum refert & sequitur D. Azavedo in d. l. 24, n. 2. ubi etiam, quod ideo medietas eorum, quæ ex protocollo percipiuntur, non pertinet ad uxorem defuncti, secundum Baec. d. c. 25, n. 23, qui tamen non loquitur in ea specie, sed in qua cum supra citavimus, nihilominus observatio comprobatur, nempe ut neque tutor vel curator pupilli filii tabellionis defuncti decimabit ea, quæ ex protocollo ipsius percipiuntur, quia ipsa non pertinent ad heredes, & sic ad pupillum, sed ad successorem in officio d. l. Regia, nisi in casu limitationis præfate Baecæ, quando ex privilegio conceditur pupillo officium tabellionis paternum, servandum per eum tutorem vel curatorem: Eandem limitationem sequitur & probat late idem Azavedo in l. 3. §. 4, nu. 20, tit. 7, lib. 3, nov. collect. Reg. ubi eam hoc modo declarat, ut licet in hac specie uxori non acquiritur medietas protocollorem, quia non sunt fructus, acquiratur tamen medietas illius lucri ex protocollo provenientis in futurum.*

interim, quod successori non traduntur: Nam licet uxor relicta usufructuaria per maritum tabellionem non acquirit, nec faciat suam quoad proprietatem pecuniam illam, quæ ex exemplationibus protocolorum percipitur, bene tamen poterit frui pecunia, tanquam usufructuaria, non vero tanquam proprietaria, ut concludit Guilielm. Benedic. in reposit. cap. Raynatus, versic. cetera bona, num. 27. de testament. & ita servari in forensi iudicio testatur Rebuff. in l. bonorum, 49. pag. 303. in princ. ff. de verbor. signif. Idem ergo in hac specie erit dicendum in tutore vel curatore respectu decimæ fructuonis dictæ pecuniæ, nisi adhuc dicamus, contrarium esse observandum in eis, quia tenetur pecunias otiosas minoris convertere in emtionem prædiorum, vel alias ad interesse licitum collocare, ut alio cap. late diximus. Unde decimam fructuum ex his redditibus provenientem decimabant, non vero habebunt fructuonem decimæ partis pecuniæ redactæ ex exemplatione protocolorum, quia alias effectus in damnum minori cessatio collocationis illius partis in emtionem prædiorum, quam omnino tenentur facere, ut prædicimus.

36 Sed quia de d. l. 2. e. mentionem fecimus, observandum erit, eam declarari per l. 31. tit. 20. lib. 2. nov. collect. Reg. ut non procedat in locis, ubi consuetudo est, quod mortuo tabellione, (aut eo renuntiante, cum idem sit quoad hoc, quod regulatur aut protocollo tabellionis mortui aut renuntiantis) æstimetur per duos alios tabelliones, & sic æstimata successori, vel alii ea volenti tradantur ex æstimatione: tunc namque medietas dictæ æstimationis, non solum quoad usufructum, sed etiam quoad proprietatem erit uxoris, tanquam bona qua lita constante matrimonio, ex d. l. 31. ut late probat Az. credo in d. l. 3. & 4. num. 20. ubi etiam, quod in tali pecunia cadit decima arharum. Et prædicta opinio ex d. l. 31. observatur in praxi, & quotidie ita fit, teste Joan. Carlan tract. de consueg. ac qual. num. 69. qui addit circa intellectum d. l. 24. quod an protocollo libere tradendum sit successori in casu d. l. 24. adhuc ex facto agitatum vidit & varie iudicatum, sed quia tunc pendet, id omittit: Ego vero credo, quod libere tradendum sit, nisi consuetudo sit incontractaria, ut in d. l. 31.

SUMMARI A.

- 1 Decimam an deducat tutor vel curator ex donis annuis aliisque muneribus, que vasalli offerunt suis dominis temporibus minoribus viginti quinque annorum, & per totum cap. dicitur, num. 10.
- 2 Usufructuarius non solum accipit annuam mercedem, sed etiam quod super eam erogatur, & sic non solum fructus ordinarios, sed etiam extraordinarios.
- 3 Conductor fructuum & omnium emolumentorum & jurium prioratus debet habere spolia seu successione decedentium ad priorem alias perveniens.
- 4 Collector Camere Apostolicæ eiusque generalis conductor omnium fructuum & emolumentorum atque iurium Episcopatus, & Archiepiscopatus vacantium habere debet successiones parochorum decedentium, quæ in hoc Episcopatu Civitatis vocantur lucuosæ, nisi aliud consuetudine fuerit obtentum atque introductum.
- 6 Conductor fructuum Archidiaconatus, non debet habere spolia præfari Archidiacono in ingressu suo & iucendo adventu, & ratio differentie inter hunc casum & positum supra, numero 3. ponitur primo, numero 9.
- 7 Fructuum appellatio non venit, nisi illud, quod renascitur, & subinde redit saltem aptitudine & in genere suo.
- 8 In generali concessione non venit illud, quod specialiter æstimatum est, & referatur personæ.

An tutor vel curator decimet dona annua, hoc est, Los presentes de cada anno, & res, que vasalli extra ordinem offerunt pupillo domo suo in significationem latius temporali adventus?

Pupillo & domino temporali adventus oppidi vel oppidorum mittuntur quotannis à vasallis suis dona seu munera certa vel incerta: Tempore præterea prosperi adventus eius offerunt ei aliquas res in signum lætitiæ, quaritur, an hæc decimabit tutor vel curator ipsius domini minoris? Et decimaturum videtur, quia decimat non solum fructus naturales, sed etiam pensiones domorum & redditus, quos quidam vocant civiles, ut resoluimus supra, in hac 3. part. cap. 23. Sed hæc sunt huiusmodi, cum videantur fructus vel saltem obventiones iurisdictionis, quas etiam decimat tutor vel curator, ut supra diximus hac 3. part. d. cap. 23. num. 14. cum seqq. Ergo & hoc præventus decimabit.

Secundo ex textu in l. divorzio, §. quod in anno, ff. solut. matrim. ibi, item si locatio agris aliis sit, ut super annuam mercedem aliquis amplius præstare, &c. Ex quo textu notant Doctores, quod ille, ad quem fructus pertinent, non solum accipit annuam mercedem, sed etiam quod super eam erogatur, & non solum lucratur fructus ordinarios, sed etiam extraordinarios, qui solvuntur à conductore, in fine quinquennii, ultra pensionem ordinariam, ita Baec. de decim. tit. 1. c. 23. n. 4. & Barbos. in d. §. quod in anno, num. 6.

Tertio, quia si aliquis conduxit fructus, & omnia emolumenta, & iura prioratus, ad eum spectant & pertinent spolia, seu successiones curatorum, sive parochorum omnium ecclesiarum subiectarum, dicto prioratu, tempore locationis morientium, que quidem spolia sive successiones pertinent ad priorem ratione dicti prioratus per obitum dictorum parochorum, quoniam veniunt appellatione fructuum, large sumpto vocabulo, vel saltem appellatione reddituum, & obventionum, cum his terminis generalibus omnium & quorumcumque, ita Bertr. conf. 202. non videtur, lib. 3. quem refert & sequitur Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 37. glo. nu. 47. ad fin. Baec. de decim. tit. 1. c. 23. n. 4. & Barb. in d. §. quod in anno, sub. n. 6. ad fin.

Hinc deducitur, ut ad collectorem Camere Apostolicæ eiusque generalis conductorem omnium fructuum & emolumentorum, atque iurium Episcopatus, seu archiepiscopatus vacantium, spectent & pertineant præd. successiones curatorum ecclesiarum d. dignitatis, que in hoc Episcopatu Civitatis vocantur lucuosæ, hoc est, melior res mobilis, aut se movens, quæ reperitur in bonis beneficii curati decedentis, quam elegerit episcopus: hoc namque jus sede episcopali vacante ad Cameram Apostolicam pertinet, nisi aliud consuetudine fuerit obtentum atque introductum: Ergo tutor, vel curator, ad quem decima fructuum generaliter pertinet, non solum deducet decimam ex his, que proprie fructus sunt, verum etiam ex his, que sunt redditus, ut probavimus sup. d. c. 23. huius tertie partis.

Sed pro contraria parte, in nostra hæc principali questione, facit text. in l. §. Seo amico, §. Medico, ff. de annu. legat. ubi inquit, text. Medico Sempronio ea, que vivum præstantem, dari volo, ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt.

Hinc dixit Oldrad. conf. 129. incip. in questione, & c. quod ad eum qui conduxit fructus archidiaconatus, non spectat illud, quod solum est præfari archidiacono, in ingressu suo & iucendo adventu. Non enim hoc cadit in locatione fructuum. Idem transcribendo tenuit Alb. in rub. C. de alio. emi. & Oldradu referunt & sequuntur

sequuntur Bald. Paul. de Castr. Imol. Alex. nu. 9. Aret. & lal. n. 3. in d. §. quod in anno, Petrus Anch. in reposit. c. si propter tua debita, in 3. q. princ. de rescript. in 6. Cusmi. in glo. pragmat. de aquat. vers. fructibus, in fin. Boer. decisi. 19. n. 6. decisi. 33. n. 4. & alios referens Baec. d. c. 23. num. 8. & 11. Et hæc decisio Oldradi, & sequacium vera est in se non quidem suis rationibus, quia non concludunt, sed potius recte expensæ probant contrarium, ut ostendit Car. Mol. in consuet. Paris. tit. 1. §. 37. gl. 4. n. 3. Sed quia appellatio fructuum non venit, nisi illud quod renascitur, & subinde redit saltem aptitudine & in genere suo, ut in d. l. divorzio, §. quod in anno, & §. non solum, & §. si fundam. & in d. l. sed non illud, quod non renascitur, nec iterum oritur, & non venit nisi semel, ut in d. l. divorzio, §. si vir in fundo, & ibi per Dd. Sed illud de quo agit Oldrad. nunquam præstat, nisi semel in vita. Igitur non transit in locationem generalem fructuum, vel reddituum annuorum: Denique quia in generali concessione non venit illud, quod specialiter delinatum est & referatur personæ, & argum. l. obligatione generalis, ff. de pign. c. in generalis, de reg. iur. in 6. & sic non transit illud, quod semel pro iucendo adventu debitum personæ præstat, & velut ad eius honorem reservatum, ut in terminis ita defendens & declarans opinionem Oldradi tenet Carol. Molin. d. gl. 4. n. 3. dicens esse veram in se, semperque sibi placuisse, & eam sequitur prædict. ratione Barbo. in d. §. quod in anno, n. 6. & 7. Baec. d. c. 23. ubi sup. Neque hæc sententia Oldradi est contraria primæ supra adductæ, ex Bertrando & sequacibus: Nam et si Bertrando prima facie videatur reprobare Oldradum, ubi sup. recte tamen inspicendo, non est ita, quia loquitur in diverso casu, & ita Bertrando ibi non respondet ad rationes Oldradi, ex eo, quod eius dictum non sit verum, sed ex eo, quod non concludunt in casu, in quo consultit Bertrandus, & sic uterque recte concludit in suo casu, scilicet, Carol. Mol. d. §. 37. glo. 10. n. 47. ad finem.

At diversitas utriusque casus in eo consistit meo iudicio, quod in prima specie Bertrandi spolia, sive successiones curatorum decedentium, sint reiterabiles, & plures succedere possunt tempore prioratus durante, quam vis extraordinarie, & per intervalla, ideoque merito ut veniant appellatione fructuum largo sumpto vocabulo, ut item veniant appellatione reddituum, & obventionum, ac proinde ad conductorem prioratus pertinet, in secunda vero specie, hoc est, in casu Oldradi illud, quod minoris est præfari archidiacono, pro eius iucendo adventu, & ingressu semel tantum in vita præstat, videturque esse personale, quoniam datur in honorem ipsius archidiaconi. Ergo appellatio fructuum non venit, quia non renascitur, nec appellatio reddituum, vel obventionum, quia semel tantum in vita præstantur ipsi archidiacono, & non alii. Ergo ad conductorem archidiaconatus non pertinet.

10 Quid igitur dicendum est in questione principali præmissa de tutore & curatore, an decimare possit prædicta?

Ex quidem ex prædictis decidenda venit hæc questio in hunc modum, ut si quidem minori aliqua vasallis annuatum, & per intervalla, ordinarie vel extraordinarie præstantur, eaque vasalli præstare iure, vel consuetudine obligati sunt, & sic ex necessitate ea præstant, tutor vel curator eorum decimam habere debet, & deducet, quoniam non est liberalitas vasallorum, sed potius obligatio præfari, & sic redditus ad pupillum pertinens dici potest, & sive sit annuus, sive per temporis intervalla debitus, eadem versatur æquitas, quæ in annuis redditibus, eademque viget legis mens, tunc namque cessant verba, & dispositio d. §. Medico, quia in necessitatibus æmulo liberalis existit, ut in regulis iuris vulgari.

Si tamen ea non sint necessaria offerenda, sed tantum dantur in signum lætitiæ, & semel tantum, prout est illud, quod vasalli domino offerunt & præstant prout eius prospero adventu & similibus, non decimabuntur per tutorem vel curatorem, quia est quædam donatio, & liberalitas spontanea, quam non decimat tutor vel curator, quoniam est augmentum & non fructus, quia non renascitur ex natura sua, neque qui semel donat, tenetur iterum donare, quæ distinctio profecto vera est, atque tenenda, quia deducitur & probatur ex prædictis, & in terminis ita nostram questionem resolvit Baec. d. c. 23. num. 7. cum sequentibus.

tum dantur in signum lætitiæ, & semel tantum, prout est illud, quod vasalli domino offerunt & præstant prout eius prospero adventu & similibus, non decimabuntur per tutorem vel curatorem, quia est quædam donatio, & liberalitas spontanea, quam non decimat tutor vel curator, quoniam est augmentum & non fructus, quia non renascitur ex natura sua, neque qui semel donat, tenetur iterum donare, quæ distinctio profecto vera est, atque tenenda, quia deducitur & probatur ex prædictis, & in terminis ita nostram questionem resolvit Baec. d. c. 23. num. 7. cum sequentibus.

SUMMARI A.

- 1 Decimam iuri præstanti, & comodi inde provenientis minori ex iure patronatus ecclesiastico sibi competente, an tutor vel curator deducere possit? & per totum caput, distinguuntur n. 9. in glo. n. 17.
- 2 Ius præstanti sive eligenti, est fructus iuri patronatus.
- 3 Ius præstanti ad beneficia comparis mariti constante matrimonio, cui uni versitas bonorum, quibus ius patronatus annexum erat, in dotem data fuit.
- 4 Præsentatus ab uxore, quæ in majoratu successit, semper præstat.
- 5 Ius patronatus durante matrimonio acquisitum, dividitur in his Regni inter virum & uxorem.
- 6 Ius præstanti ad sacra dotia, comparis usufructuarius uni versitatis bonorum, cui ius patronatus annexum est, & etiam possessori maioratus.
- 7 Tutor præsentatus simul cum pupillo, & presentatus ab eo, præstat presentatus ad pupillo, si pupillus infans sit.
- 8 Mulier in regionibus, in quibus constitutum est, ut maritus maritus habeat dimidium fructuum rerum mariti, potest presentare.
- 10 Ius patronatus nec presentatio non venit, quoties sit mentio fructuum ad alium sustens actionem.
- 11 Ius patronatus est indivisibile, & ideo non venit in divisione.
- 12 Tutor vel curator ratione sua decima fructuum, non est proprie usufructuarius, sed curator, nec est dantur bona in eis utatur & fruatur ut usufructuarius partis, sed omnia fructus pertinent ad pupillum, qui decimam ei debet ut curator.
- 13 Fructuum vel reddituum appellatio non venit iura.
- 14 Ius presentandi non transit in patrem.
- 15 Ius patronatus antea facti in fidei commissarium?
- 16 Conductor fructuum, non consequitur collationes seu presentationes beneficiorum.
- 17 Alimenta debentur patrono inopi ab Ecclesia.
- 18 Decimam alimentorum debitorum patrono inopi ab ecclesia, an percipere debeat tutor vel curator patroni minoris?
- 19 Alimenta ab ecclesia non sunt præstantia patrono inopi, quoties deductis expensis necessariis pro fabrica ipsius nihil eis superest.

CAPUT XXIX.

An tutor vel curator decimare possit ius presentandi, & commodum proveniens pupillo vel adulto ex iure patronatus ecclesiastico sibi competente?

Pupillus vel adultus habet ius presentandi ad plura beneficia, sibi que ob id annuus redditus præstat, quaritur an illud vel hoc decimabit tutor vel curator, nempe, an ad decimam sacerdotium presentare possit pro se, & decimam partem redditus annui sibi acquirere? Et cum tutor vel curator non decimet fructus, qui non renascuntur, quoniam fructus non sunt, ut supra non semel

discrimine, & multo minus iura pertinentia ad pupillum, nimirum, si ius presentandi non decimet, cum ex eo alii non possit, quia honorum suppeditat potius, quam pecuniam, ita Baeca de decim. cur. cap. 25. nu. 30. ubi, quod neque poterit retrahere rem venditam ex eo, quod ad pupillum pertinet iure sanguinis retrahendi. Non enim decimit iura, quae non suppeditant pecuniam nomine redditus, neque ea, quae ad paranda alimenta apta non sunt.

Sed oportet sigillatim agere de quolibet ex supradictis casibus, nempe primo, an tutor vel curator possit ad singula decem beneficia presentare suo tantum nomine & iure proprio idoneum aliquem clericum? Secundo, an decimare possit redditus vel lucrum annuum suo minori competens & proveniens ratione praedicti iuris patronatus & presentationis?

Quoad primum, plura sunt, quae in utramque partem movere possunt. Pro affirmativa namque primo facit, quod tutor decimat fructus, ut in nostra l. fori, hoc de re agente.

Ius autem praesentandi sive eligendi est fructus iuris patronatus, glo. in l. in cap. cum v. Bartholus, de re iudic. gl. ordinaria in cap. cum olim, ver. de capitulo de maior. & v. d. ubi Abbas num. 2. & communiter scribentes id notant, praesertim Felin. num. 2. qui plura in idem adducit. Inno. in princip. & Abb. nu. 3. Imol. & scribentes in c. consuetudinibus, de iure patron. idem Abb. in c. fin. nu. 3. de concess. prob. Rota nova de iur. patron. decis. 268. in c. collatio. nu. 1. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. glo. nu. 3. Casar Lambert. de iur. patron. lib. 2. par. 10. q. princ. art. 3. nu. 2. Baeca de decim. tit. c. 25. nu. 8.

Secundo, quia ius presentandi ad beneficia competit marito constanter matrimonio, cui universitas bonorum, quibus ius patronatus annexum erat, in dotem data fuit, ut consuit Rota nova de iur. patron. decis. 422. nu. 1. sequitur Rochus de Curt. de iur. patron. ver. ipse vel is, n. 60. cum sequent. Carol. Molin. in consuetud. Paris. §. 1. glo. 1. nu. 3. Casar Lambert. post longam dissertationem, d. q. 10. princ. art. 2. per totum, sequitur alios allegans Baeca de decim. tit. c. 23. n. 18. & 19. hoc verum intelligens, quando ius patronatus non competit iure personae, sed adherens est & manum certo loco, castro, vel fundo, ut in c. cum seculum, de iur. patron. Et haec opinio est aequior, secundum Baeca de non melior. rat. dor. fil. cap. 20. col. 2. nu. 2. & verior videtur D. Molin. de Hisp. primo, lib. 1. c. 24. n. 3. quavis contrariam sequitur Abb. in c. fin. num. 8. de concess. preben. & Felin. in c. cum olim, nu. 2. de maiorit. & obed. & f. in l. de vortio, §. si vir in fund. 7. ff. solut. matr. Guilielm. Benedic. in rep. cap. Raynatus, de testam. verfic. cetera bona, nu. 37. de testam. & alii relati per Baeca, d. cap. 23. nu. 30. verfic. octavo, sed eorum opinio non est tenenda, secundum D. Molin. ubi supra, qui n. 32. asserit, quod quavis asseribentes controverti solet, utrum, quando dantur in dotem ea bona, quibus ius patronatus annexum est, maritus vel etiam uxor praesentare possint, & an praesentandi sit, qui ab uxore praesentatus est illi, quem maritus praesentaverit, vel e converso? de quo late disputant Dd. de quibus ibi per cum.

In bonis tamen maioratus alienari prohibitis semper praesentatus ab uxore, qui in maioratu successit, praesentandus erit, ut ibi bene probat & citat Palat. Rub. in cap. per vestras, de don. inter vir. & uxor. §. 42. nu. 10. id in Regina proprietaria dicente, motum ex doct. Baldi in cap. in usque visis, de rescript. n. 5.

Tertio, quia sicut iure Regio lueta quaesita constanter matrimonio dividuntur, ita etiam ius patronatus constanter matrimonio acquisitum dividitur inter eos, ut tenet Palat. Rub. in rub. de donat. inter vir. & uxor. §. 61. n. 13. & Covar. lib. 3. variar. rescript. cap. 19. quos refert & sequitur Baeca d. c. 23. n. 17.

Quarto, quia similiter etiam usufructuarius universitatis bonorum, cui ius patronatus annexum est, competit ius presentandi ad sacerdotia, ut soluit Casar Lambert. de iur. patron. lib. 1. 2. par. 10. quae princ. art. 3. nu. 8. Carol. Molin. dicit §. 1. glo. 1. nu. 3. quod sequi videtur Roch. de Curt. de iur. patron. ver. ipse vel is, nu. 62. Cel. sus plura referens consil. 23. nu. 1. & alios allegans Baeca d. c. 23. num. 27. quod verius videtur D. Molin. lib. 1. de Hisp. primogen. cap. 24. nu. 4. quavis plures scribentes a praecitatis relati, contrariam opinionem veriore esse censent, quoad a fortiori locum habet in possessore maioratus, ut probat ibidem Molina num. 1. cum sequentibus. Ergo idem dicendum est in tutore vel curatore respectu decimae, in qua est usufructuarius per legem fori, quia valet argumentum de toto quoad partem, & e converso, l. quae de tota, cum similib. de re vend.

Quinto, quia tutor etiam stante iure communi, quo ei non datur nec debetur salarium, praesentat simul cum pupillo, & praesentatus ab eo, praefertur praesentato a pupillo, si pupillus infans sit, ut late scribunt Ioan. Andreas & Doctores in cap. ex eo, de elect. lib. 6. & in cap. 1. de iur. patron. 2. Anchar. consil. 35. Palat. Rub. in d. cap. per vestras, §. 43. sicceat alia notabilis questio, num. 3. & alios allegans Baeca d. c. 23. n. 20.

Sexto, quod ex traditis per Matth. de Afflic. in consil. Siculis, in cap. licentiam, in secunda quaest. 11. nobis quae refert Baeca d. c. 23. num. 21. ubi tenet, quod cum in aliquibus regionibus constitutum sit, ut mulier mortuo marito habeat dimidium fructuum rerum mariti, talis mulier potest praesentare. Ergo & tutor vel curator ratione suae decimae respective.

Nihilominus tamen in hoc primo articulo contrarium est tenendum cum Baeca ubi supra, d. c. 23. nu. 30. & latius ca. 23. n. 23. cum sequentibus. Imo, quod tutor vel curator non percipiat aliquid iuris praesentandi ad Ecclesiam vel sacerdotium: licet enim praesentatio sit in fructu, non tamen fructus hic renascitur, nec aptus est ad alimenta tutoris sive curatoris. Vnde non de hoc fructu intelligenda est lex fori, quae permittit tutori vel curatori decimam fructuum percipere, sed de illis fructibus, qui sunt apti ad alimenta, ut patet ex eius verbis: *bi manent alios de fructibus, 7. tom. parisi. d. c. 2. mo. & clarioribus in l. Gothorum fori iuzgo de hoc loquente ibi, tom. parisi. d. c. 2. mo. para. que ayaen que biva.* Cum enim sit mentio fructuum ad aliquid sustentationem, non venit ius patronatus nec praesentatio, ut ex Felin. & Guilielm. Benedic. probat Baeca d. cap. 23. nu. 25. & refert (relinquens tamen cogitandum) Chassan. in consuetud. Burgun. rub. 6. des enfans, & c. 4. in text. ibi, & fuit le dicte femme, & c. n. 5. fol. 216. pag. 2.

Secundo eadem opinio probatur, quia cum iure Regio tutori vel curatori non dantur omnes fructus pro suo labore & administratione, sed tantum decima eorum, ius praesentandi non potest ad eum transire.

Est tamen ius hoc individuum, c. 1. de iur. patron. & i. deo non venit in divisione, ut cum alii docuit Chassan. in consuetud. Burgund. rub. 4. §. 6. in verfic. sur lamoyr, n. 3. verfic. quarto.

Quinimo, si nec proprie tutor usufructuarius est decimae partis, sed creditor, nec ei dantur bona, ut eis utatur & fruatur, sicut usufructuarius partis rei, sed omnes fructus pertinent ad pupillum, qui decimam ei debet, ut creditor: sed ius patronatus non transit nisi cum universitate, ut in c. ex literis, de iur. patron. Ergo, &c.

Tertio, quoniam appellatio fructuum vel reddituum, non veniunt iura, ne in c. grands, de supplen. negli. pralat. lib. 6. ubi notat Dominic. & Alexan. in l. de vortio, §. si vir in fundo, ff. solut. matr. Baeca, d. c. 23. n. 29.

Quarto, quia ius praesentandi non transit in patrem, ut cum Ferro, in consuetud. Burdegal. tit. de iure per sona

person. §. 1. fol. 11. probat Baeca d. c. 23. num. 17. sequens. Quinto, quia ius patronatus non transit in fideicommissarium, ut tenet Bart. argumen. text. ibi in l. quia perinde, verfic. restituat, ff. ad Trebellian. quem sequuntur ibi Paul. de Cast. in lectura Boloniens. & Alexan. nu. 3. & 4. in l. quamvis, §. nihil, ff. eodem tit. ad Trebell. & plures allegans Baeca d. c. 23. nu. 31. & sequuntur, & communem dicunt plures, quos ad hoc refert Doctor Molina de Hisp. primogen. lib. 1. cap. 24. nu. 5. cum sequentibus, ubi eius fundamenta refert. Sed quamvis haec opinio contra fideicommissarium communis sit, verior tamen est contraria: imo quod in ipsum transeat ius patronatus ratione universae hereditatis cum devoluta sive restituta, ut latissime comprobatur & ostendit Doctor Molin. ubi supra, nu. 6. cum sequentibus, non tamen idem transibit in tutorem vel curatorem ratione decimae fructuum sibi debitorum, quia in eo cessant rationes praedictae verioris sententiae, nempe: quod eadem non devolvatur universitas aliqua bonorum, sed tantum creditor sit decimae partis fructuum minoris.

Sexto, pro hac parte secunda & tenenda, facit, quia conditor fructuum, quem Galli firmarium vocant, non consequitur collectionem seu presentationem beneficiarum, ut in c. ex literis, & ibi Abb. de iur. patron. & idem Abb. in disp. in cap. Angerio, & alii plures, quos refert & sequitur Baeca de decim. tit. c. 23. n. 32. Ergo multo minus tutor vel curator, cum tantum creditor sit decimae partis fructuum. Et ita proculdubio est tenenda haec secunda pars principalis: tam et si Chassan. in consuetud. Burgund. rub. 6. §. 4. verfic. fuit la dicte femme, num. 4. verfic. sed quero iuxta praedicta, examinans in utramque partem similem questionem, reliquit cogitandum: ad fundamenta partis contrariae respondet Baeca d. c. 23. ad fin.

Quoad secundum, breviter resolvendum est, tutorem vel curatorem decimare posse redditus vel lucrum annuum suo minori competens & proveniens ratione iuris patronatus, & praesentationis iustis, & praecipuo fundatoris, quoniam licet veri & proprii fructus apti ad suppeditandum victum, ut in terminis probat Baeca d. c. 23. num. 33. qui licet loquatur in commo pecuniario, idem est in alio commo & redditu apto ad victum, nempe frumenti, vel alterius speciei huiusmodi eadem ratione.

Maior dubitatio est, si an idem sit dicendum in alimentis a iure debitis patrono inopi ab Ecclesia, iuxta text. in c. nobis 25. in fin. de iure patron. ibi, pro fundatione quoque Ecclesia honor processionis fundatori servatur, & si ad inopiam vergat, ab Ecclesia sibi modeste succurratur, sicut in facris est canonibus institutum, c. quicunque 10. quae 7. Ex quibus iuribus ita tenet Goffredus in summa de iure patron. post princ. 2. col. & Hostien. in summa eiusdem tituli §. quid competat, col. 2. verfic. sequitur emolumentum, Innoc. 4. Abb. & omnes in rub. eodem titu. & in d. c. cap. nobis, Paul. de Citadin. in tract. de iure patronat. 6. part. 1. quae 4. art. & Roch. de Curt. in eodem tract. verfic. de iure, in princ. & alios plures allegans Lambert. de iure patron. lib. 3. par. 10. princ. 1. art. 1. ubi in fine, quod haec est omnium Doctorum communis sententia, dicit etiam communem Doct. Molin. de Hisp. primogen. d. c. lib. 1. d. c. 24. n. 2. sequitur Petr. Sura. in tract. de aliment. tit. 4. quaestio 24. n. 14. fol. 169. & iterum tit. 9. quae 1. 22. nu. 14. fol. 368. col. 2. & alibi saepissime, l. g. tit. 6. lib. 1. Nov. collect. Reg. Et apud supra dictos est videndum, quomodo hoc intelligi debeat.

Cum igitur Ecclesia divere alieno tenetur patronum egentem, hocque sit commo pecuniarium singulis annis & mensibus praestandum, videtur, quod decimam eius percipere possit & debeat tutor vel curator sui minoris, hoc ius patronatus habentis cum praedicto emolumento.

Nihilominus tamen videtur haec questio in proposito decidenda, ex illa, an decima tutori vel curatori danda sit, si fructus adhuc sint tenues, ut praeter alimenta pupilli nihil ei superfluum, de qua late egimus supra, hac 3. par. c. 2. per totum, ubi resolvimus, adhuc decimam dandam tutori vel curatori in praedicta specie, cum alias pupillus habeat, unde se alere possit, & tutor agat de damno evit. do. & de compensando suo labore.

Sed adhuc in specie de qua agimus, nempe, de alimentis patrono egenti debitis ab Ecclesia, contrarium credendum esse dicendum, nempe, ut ea decimare non possit tutor vel curator: siquidem sunt necessariae sustentatione minoris, & ipse non habeat alias, unde se alat. Non igitur fame perire debet.

Sic etiam videmus, quod si Ecclesiae patronatus, deductis expensis necessariis pro fabrica ipsius, nihil superest, non tenetur ipsa alere patronum etiam egentem, nisi ex iis, quae sibi superfluum, deductis supra dictis expensis & alimentis, ut probat text. in c. ita nos, in fin. 25. quae 2. & tenet gloss. in d. c. quicunque vero ad inopiam, id. q. 7. & late Casar Lambert. ubi supra, secundo artic. nu. 2. cum sequentibus, nec non & alios allegans Petr. Sura. de aliment. tit. 6. quaestio 32. n. 1. cum sequentibus, fol. 261. Ergo ita etiam, nec minor patronus in praedicta specie tenebitur suum tutorem vel curatorem alere, aut ex suis alimentis necessariis partem aliquam ei praestare. Neque obest, quod tutor vel curator agat, etiam in hac specie de compensando labore suo, & sic de damno evitanda, quia cum aliunde sibi subveniri non possit, merito, quod cum onus tutelae & cure sit necessarium favore minoris, ne sint aliqui fructus eius, quorum decimam habere debeatur, officium tutoris vel curatoris gratis debet & exercere tenetur potius, quam minori omnino egenti alimentis sibi necessaria, nec aliqua pars ipsorum auferatur, quia charitas bene ordinata incipit a seipso, & ipse habet primum & potius ius ad praedicta alimenta, quam tutor vel curator, cum non sufficiant, nisi nisi tantum: quod si alias haberet minor, unde se aleret. Ecclesia non tenetur eidem alimenta praestare, ut patet.

S U M M A R I A.

- 1 Decimam patronum ancillarum & augmenti rei, an deducat tutor vel curator? & num. seqq. per totum caput, praecipue n. 8. cum seqq.
- 2 Fructuum appellatio non veniunt partium ancillarum, sed bene appellatione reddituum.
- 3 Heres gravatus restituere fructus deducit redditibus, deducet partium ancillarum, secus si gravatus esset restituere deducit fructibus.
- 4 Partium ancillarum in lucem editi durante matrimonio, dividuntur inter virum & uxorem, & n. 14.
- 5 Decima fructuum & reddituum minoris, desertus a filiis pro tutoribus & curatoribus pro labore.
- 7 Partium ancilla in fructu non sunt.
- 8 Decimam non deducit tutor ex quibuslibet redditibus minoris, sed ex his, qui natura vel functione apti sunt ad alendum pupillum, ut haec.
- 9 Maritus non lucratur partium ancilla dotalis, sed in solidum pertinet ad uxorem, ut in n. 10.
- 11 Augmentum rei non pertinet ad usufructuarium, nisi quoad usum fructuum, praeterquam si sit separatum a re, in qua habet usufructum, quia tunc nec in augmento habet usufructum.
- 12 Commisum rei emphiteuticam, pertinet ad proprietarium, non vero ad usufructuarium.
- 13 Decimam augmenti non deducit tutor vel curator, nisi quoad fructus eius.
- 15 Tutor, qui iure Gallico fructus lucratur, non lucrabitur successione pupillo obveniente.

- 16 Decimat tutor vel curator glandem eiusque redditum.
- 17 Decimat tutor vel curator fructus rei alienari prohibita.
- 18 Fructus primogeniti non sunt pars primogeniti, nec videntur alienari prohibiti, ideo communicantur inter virum & uxorem.
- 19 Decimam lucri & negotiationis cum pecunia minoris exercite, an percipiet tutor vel curator?
- 20 Decimam de donatis pupillo tutor non deducit.
- 21 Donatio non dividitur inter virum & uxorem, quamvis fructus eius sint communes.
- 22 Decimat tutor vel curator fructum rei donatae minori.
- 23 Decimam non deducit curator ex operis & artificio sui adulti.
- 24 Decimam an deducit tutor vel curator ex annuis redditibus sui minoris, quando debitor eiusdem habebat aliquam exceptionem, qua se tueri poterat ante ad eos non solvendo, & tamen gratis, vel alias omiserunt eam opponere, ut minori condemnari?

CAPUT XXX.

An tutor vel curator decimet partem ancillarum & augmentum rei?

Quod tutor vel curator decimet partem ancillarum, illa praecipue inter alia ratio persuadere potest. Quod appellatione fructuum veniunt partem ancillarum, licet non appellatione fructuum, *in l. de deditis, §. hereditatem, ff. ad Treb. & in cap. grandi, verb. de redditibus, de supplend. negligentia praelat. lib. 6. gl. fin. in ca. generali, de elect. lib. 6. & in l. frugem, ff. de verbor. signif. sequitur plures referens Baec. de decim. tit. cap. 23. num. 2. ubi, quod plus comprehendit verbum, redactus, quam verbum fructus: verbum enim redditus comprehendit omnes proventus promittive, secundum Car. in clem. 1. in princ. de excess. pralat.*

Vnde si heres gravatus restituere fructus deductis redditibus, deducit partem ancillarum, quos non deducit, si rogaretur restituere deductis fructibus, *in ratione, la 2. ff. ad leg. fidei. l. mol. & Alex. in l. mulier, §. heres, & in l. deducta, §. hereditatem, ff. ad Treb.* sed tutor & curator non solum de cimat fructus, sed etiam redditus pupilli sive adulti, ut supra probavimus & resoluimus, c. per totum huius veritate part. & tenet etiam Baec. d. c. 23. n. 2. ad med. Ergo decimare debet partem ancillarum.

Secundo eadem opinio comprobari videtur ex alia, quae habet, quod partem ancillarum constante matrimonio in lucem eduit, dividuntur inter virum & uxorem, ut fuit iudicatum in Regio praetorio Granatensi post longam controverfiam, *refe Baec. d. c. 23. num. 3. & iure probat ibi num. 15. & Willalob. in arario communium opinio num. litera D. num. 236. D. A. ved. in l. 3. & 4. num. 17. & 19. tit. 11. g. lib. 5. nov. coll. Reg.* Ergo ita etiam videtur, quod dividantur cum tutore & curatore quoad suam decimam.

Tertio, quia si decima fructuum & reddituum minoris defertur a lege fori tutoribus vel curatoribus pro labore, maior laborem penditur in educandis servis pupilli, quam in eius redditibus exigendis, ut patet. Ergo a fortiori videtur, ut tutor vel curator deducat decimam partem ancillarum, quam fructuum & reddituum.

Nihilominus tamen contrariam sententiam pluribus fundamentis probavit Baec. ubi supra, d. c. 23. num. 4. cum segg. Imo, quod tutor vel curator non decimet partem ancillarum: dicens, hae sibi videri aequius, prudentius, & verbis & menti legis accommodatius & etiam verius.

Primo, quia partem ancillae in fructu non sunt, *in pecunia, ff. de usufr. §. in pecunia, ff. de ver. div. §. l. sta-*

que, §. si ff. de usufr. l. ancillarum, ff. de pet. hered. Pet. Barb. in l. divortio, §. non solum, sub n. 20. ff. solut. matrim. & D. A. ved. ubi sup. num. 18. elt optima l. 23. tit. 21. par. 3. ubi ita habetur, Otro si decimas que si la serva, de quien fuese otorgado el usufructo a otro, oviese el hijo, o si ja, moquer nasciese despos en poder del usufructuario, non deven fr del mas del fennor cuya es la serva, fueras ende si el fennor gelo oviese otorgado fennaladamente que lo oviese: e esto es por esta rason. Porque como quier que todos los fructos que nasen de las bestias e de los ganados, deven ser de aquellos a quien es otorgado el usufructo de ellos, Empero en el parto de la serva no es asipor que segun natura los fructos de todas las cosas, fueron dados, otorgados para ser visio del hombre. E por ende a quel para cuyo servicio fueron fallados los fructos de las otras cosas, non seria quisido, nin derecho, que el fuese contado por usufructo de otro. Est enim homo dignissima creatura, l. usufructus, ff. de edil. edict.

Neque t oblat, quod appellatione redditus veniant partem ancillae, & quod tutor deducit decimam, ex quibuslibet redditibus, ut in primo fundamento contrario, quia tutor non deducit decimam ex quibuslibet redditibus, sed ex his, qui natura vel functione apti sunt ad alendum pupillum, ut sunt redditus pecuniarum, ritici, vini, olei, ceterorumque fructuum naturalium vel industrialium, non autem ex pretio, quo forte venit ancillae partem, qui non videtur in lucem eduit, ut ex eius pretio pareat vicus, sed ut ministrat, & serviendo operas praestet. Neque enim verisimile est, Legislatorem de his redditibus sensisse, sed de fructibus & redditibus, qui quotannis renascuntur ex fundis agrisque, non vero de partem ancillae, ut latius prosequitur & probat Baec. d. c. 23. num. 9.

Secundo, quod praecipue eadem sententia negativa verior efficitur ex eo, quod maritus iure communi non lucratur partem ancillae dotales, *l. c. soluto matrim. l. penul. §. mancipia, ff. eod. tit. l. 20. tit. 11. par. 4. ubi caveatur, partem ancillarum non esse mariti, nisi in re periculum damni & mortis recipiat, neque pecorum, licet lucratur fructus & omnes quoscunque redditus, l. dotis fructus, ff. de iure dot. l. pro oneribus, C. eod. tit. & tamen dantur pro oneribus matrimonio sustinendis, ut in dicta l. pro oneribus, quae longe maiora sunt, quam onus tutoris & curatoris, ut patet, & tamen maritus non lucratur partem ancillarum. Ergo nec tutor vel curator eos decimare poterit. Nec etiam t partem ancillarum dividuntur cum marito, sed in solidum pertinent ad uxorem, *l. unica, §. cumque, vers. si quis, C. de rei uxori. ad. sive constante matrimonio nascantur, sive post divortium, l. si maritus, §. si ff. solut. matrim. Petrus Barbos. ubi sup.* Quod igitur in fructu non est, non pertinet ad maritum: sed potius doctem auget, ut in dict. §. si na, & tenet Baec. d. c. 23. num. 10. quem sequitur Barbos. ubi sup. n. 21.*

Sed augmentum t rei non pertinet ad usufructuarium, nisi quoad usum fructuum, praeterquam si sit separatum a re, in quo habet usum fructuum, quia tunc, nec in augmento habet usum fructuum, *item si fundis, §. si fundis, ff. de usufruct. Oldr. ad. cons. 229. ad fin. refert plures & sequitur Baec. de decim. tit. c. 22. n. 10.*

Etpotest num. 12. ex eo, quod si res emphyteutica durante in ea alicuius usufructu, incidat in commissum, commissum pertinet ad proprietarium, non ad usufructuarium, quoniam per commissum consolidatur dominium utile cum directo, directum autem non habet usufructuarium: Ergo ad eum non pertinet commissum. Praeterea, commissum est res, quae venit per modum separatum: ergo ad fructuarium non pertinet, *ita Guido Pap. decis. 277. utrum proprietarium, n. 3. & alii plures, quos refert & sequitur Baec. d. n. 12.*

Et ideo t neque tutor vel curator decimabit augmentum, nisi quoad fructus eius, ut late probat Baec. d. c. 23. cap.

cap. 24. n. 10. cum segg. Ergo non decimabit partem ancillarum, cum non sint in fructu, nec redditus decimabiles dici possint, sed potius augmentum.

Non obstat secundum fundamentum supra in contrarium adductum, scilicet, quod partem ancillarum constante matrimonio nati, dividuntur inter virum & uxorem, iuxta leges huius Regni, quae omnia lucra volunt inter eos communicari. Id namque verum est, quoniam praefatae leges Regiae non solum fructus vel redditus, sed etiam ipsamet res omnes matrimonio constante lucrantur, iubent communicari inter virum & uxorem, & non solum redditus, sed etiam omne augmentum & quae situm constante matrimonio, ut patet ex ipsismet legibus. Ergo merito, quod iure Regio partem ancillarum nati durante matrimonio, inter virum & uxorem communicentur & dividantur, quicquid alius esse iure communi stabilitum. Ad vero tutor non decimat, nisi tantum fructus & redditus, qui renascuntur, non vero augmentum, nec ipsas res quae lucet durante tutela vel cura, nisi quatenus ad eam fructus. Ergo nihil obstat praedict. secundum fundamentum contrariae partis.

Tertium etiam non obest, quoniam etiam tutor & curator laborat in fundo & in administratione ceterarum rerum, & nihilominus ea non decimat, sed tantum fructus, atque ideo decimabit redditus operarum servorum, non tamen ipsos servos.

Cum ergo tutor vel curator non decimet augmentum rei pupillaris, sed eius fructus, consequens est, ut partem ancillarum non decimet, sed eorum redditus.

Hinc est etiam t ut licet iure Gallico tutor lucratur fructus, non tamen lucrabitur successiones pupillo obvenientes, quoniam solum lucratur fructus, qui renascuntur, successio autem non renascitur, *ita tenet Chassa. in consuet. Burgund. rub. §. quarto, vers. & fallit dicta fenn. numero secundo, vers. qui, quid veniat, quod & in nostra Hispania verisimum censeo, ut tutor vel curator non decimet successiones pupillo vel adulto obvenientes.*

Decimabit t igitur tutor vel curator glandem, eiusque redditum, quia dicitur esse in fructu, & appellatione glandis omnis fructus continetur, *l. qui venenum, §. glandis appellatio, §. si sive cadaua, §. glandis cadaua, ff. de verbor. signific. l. una, in fin. ff. de gland. leg. Boer. decis. 31. n. 6. eltque verisimum, & in terminis tenet Baec. dicto cap. 24. num. 14.*

Similiter t etiam decimabit fructus ex re alienari prohibita.

Fructus namque t primogeniti non sunt pars primogeniti, nec videntur prohibiti alienari, ideo communicantur inter virum & uxorem, ut scribit Palat. Rub. in reposit. rubrica, c. per vestras, de donat. inter virum & uxorem, §. unde lucra, num. 10. & Roderic. Suarez, quos refert & sequitur Baec. d. c. 24. num. 15. & A. ved. in l. 3. & 4. n. 27. tit. 9. lib. 5. novae collectae. Reg. ubi hoc intelligit, dum tamen sint tales fructus, qui etiam non essent de primogeniti, communicarentur. Vnde merito quoque, quod eos sibi decimet tutor vel curator, secundum Baec. ubi supra.

Decimat t quoque percipiet tutor vel curator, si cum pecunia pupilli vel adulti aliquam artem vel negotiationem exercat, ut lucratur forsam maiores fructus, quam si pecuniam sennori daret. Ex lucro namque illo decimam deducet, ut aequius esse, & magis conveniens rationi & menti legis affirmat Baec. dicto cap. 24. num. 61. in quo suffulso. Imo verius contrarium iudico, nisi vere fructus sint naturales vel industriales, aut redditus & pensiones domorum: hos namque decimabit, non vero aliud lucrum ex negotiatione pecunia minoris proveniens, cum hoc non sit in fructu, qui renascatur, & lex nostra fori, de qua agimus, tantum loquatur de

fructibus, non vero de alio lucro, quod non renascitur praesertim, cum possit etiam damnum sequi ex praedicta negotiatione, prout his temporibus fere communiter contingere solet, & tamen tutor vel curator non teneretur refarcire minori damnum inde forsam proveniens, nisi in culpa sit eius. Accedat, quod tutor vel curator tenetur pecunias minoris in emtionem praedictorum, vel redditus secundum morem provinciae utilitatos convertere, ut supra late alio capite resoluimus. Horum igitur fructus & redditus decimabit, non vero aliud lucrum ex negotiatione cum pecunia minoris proveniens, quia hoc nulla lege caveatur. Sibi igitur imputet tutor vel curator, qui cum possit, & teneretur pecunias minoris convertere in emtionem praedictorum, vel in praedictos redditus utilitatos convertere, in negotiationem, quamvis licitam eas impendit: siquidem lex fori hoc casu non loquitur, & exposuit se periculo amittendi capitale vel partem eius, vel saltem iuri suo deducendi decimam ex fructibus vel redditibus, si, quod praedictum est, fecisset, tacite vilis fuerit, aliud faciens veniunt. Idemque erit dicendum, etiam si non invenierit praedia vel redditus annuos in provincia utilitatos, in qua converteret pecunias sui minoris: adhuc namque eadem ratione, si in negotiationem aliquam eas converterit, lucrum inde proveniens non decimabit, nisi vere sint fructus aut redditus, ut praediximus.

De donatis t autem minori, tutor vel curator decimam non deducet, quoniam res donatae non sunt fructus, sed augmentum, & de augmento decimam non percipit, ut supra probavimus. Denique, quia ibi nullus est, nec fuit labor tutoris vel curatoris. Sic etiam donatio non dividitur inter virum & uxorem, quamvis fructus eius sint communes, ut in l. 2. tit. 9. libro quinto, novae collectae. Reg. & ibi Doctor A. ved. num. 25. alios allegans.

Fructus tamen rei donatae minori decimabit tutor vel curator, *ita Baec. d. c. 24. n. 18.*

Denique t ex superioribus deducitur, quod curator non deducet decimam ex operis adolescentis, puta, si erat opifex vel arnifex, cuius officii ratione plura lucrabatur. Cum enim haec potius dicenda sint lucra & augmentum, vel dicti possunt fructus, non sint fructus rei adultae vel pupilli, de quibus loquitur lex fori, sed potius personales, de quibus ipsa non loquitur, eos non decimabit curator, ut his & aliis fundamentis in terminis probat Baec. d. c. 25. num. 19. cum segg. ad fin. capituli, dicens hoc esse verius.

Postremo eadem ratione decidit Baec. in d. tracta de decim. tit. c. 26. nu. 13. elegantem questionem illam, scilicet, quod si pupillus habet annuos aureos centum, debitor tamen possunt se tueri exceptione, quo minus solvant, commoti tamen misericordia, vel alii pupilli, non utuntur exceptione anno, & aureos centum integre solvunt, an tutor possit eos decimare? Et respondet non posse, quia non ex re sua, sed ex donatione & remissione debitoris, & quia potius est augmentum, quam redditus. Secundo idem probat ex l. si heres, ff. ad l. Falc. in illis verbis, *sed & si, qui solvendo non eras, leg. averit, & heres, cum creditor tibi decidit, ne solidum solveret, & ob eam decisionem solidum sit, ut aliquid retineret, nihil legataris debitorum, quia eam quantitatem non ex hereditate, sed ex decisione habet. Ampliatque Baec. n. 14. suam praefatam opinionem, sive minor ea consequatur ex misericordia vel liberalitate debitoris, sive ex impore solvantis, sive ex propria industria, ut inquit notat omnes Doctores in l. tertio, ff. ad leg. Falcid. Idemque sit esse dicendum, quando debitor solvit deceptus dolo minoris, tum quia, fructus non sunt, tum, quia tutor non decimat fructus male acquisitos, sicut nec locius, *l. quod autem, ff. pro socio, dicemus late infra cap. seq.**

In contrarium autem, imo quod in p[re]missa specie tutor vel curator decimet p[re]dictos centum aureos, facit, quoniam, utcumque sit pupillus, consequitur integra centum tanquam sibi ex redditu debita, unde non est curandum de modo, non unde, sed de certum perat. nec de medietate, in l. 3. ff. de lega. p[re]stand. cum lex fori decimam fructuum tutori vel curatoris permittit & concedens, generaliter loquatur de fructibus rerum minoris. Ergo h[ec] centum exacta, ut redditus & fructus sunt decimanda.

Quid tenendum? ego profecto, quoties debitores quacunq[ue] ratione moti exceptione aliqua sibi competente usi non sunt, sed integre solverunt absq[ue] remissionis expressa, eaque certa & clara, verius esse credo & tenendum, quod tutor vel curator p[re]dictos redditus integre sic exactos decimare possit: si vero exceptionem veram & certam opposuerunt vel voluerunt opponere, & postea eam remiserunt, moti misericordia vel alias vel per indulgentiam minoris, vel ob stuporem solventis, tunc sequor opinionem Baecz, quia ea in specie militat eius fundamenta supra relata, non vero in prioribus: similiterque sequor eius opinionem, quando debitor soluit, deceptus dolo minoris ex ipsius rationibus. Quod si debitores in perpetuum remitterent ius suum, & integros redditus solverent, iam revera fructus rei pupilli essent, decimarique possent tanquam redditus, ut idem Baec, facitur ibidem n. 13. ad fin. & bene.

SUMMARI A.

- 1 Decimare an possit tutor vel curator fructus vel redditus illicite acquisitos? & numeris seqq. per totum caput. p[re]cipue n. 2.
- 2 Servus non acquirit domino illicite acquisita.
- 3 Servus non acquirit domino illicite acquisita, quomodo sint dividenda?
- 4 L. 3. in prin. tit. 13. part. 6. & l. 7. tit. 4. de las lavores, lib. 3. fori intellectus.
- 5 Filius non communicat cum fratribus illicite acquisita cum pecunia patris.
- 6 Filius acquirit durante matrimonio vel societate, non sicut communicanda nec dividenda inter virum & uxorem nec inter alios socios.
- 7 Maritus potest restituere illicite acquisita, antequam ad communionem ea adducat.
- 8 Tutor potest recusare solutionem rei illicite acquisita pupillo faciendam, cum teneatur ad eius restitutionem.
- 9 Rei illicite acquisita non sunt dividenda, quamvis alias lucra sint dividenda ex dispositione legis vel hominis.
- 10 Tutor qui aliquid usurarie acquisit, teneatur illud restituere, etiam si pupillus id possideat.
- 11 Proxenetes, qui mediator rei acquiritur, teneatur ad restitutionem usurarum.
- 12 In dubio semper bona presumuntur licite acquisita.

CAPUT XXXI.

An de illicitis fructibus vel redditibus tutori vel curatoris decima debeat?

Opportune t[ame]n se nobis offert questio illa examinanda, an tutor vel curator possit decimare fructus vel redditus illicite acquisitos, puta usurarios?

Ex prima quidem specie videtur posse ex generalitate l. fori, de hoc agens: sicut enim hi sunt fructus & redditus quotannis exigi & reddi soliti, ex quibus minor alitur: ergo tutor vel curator de decima quoque eorum aleandus est.

Acedat etiam, quod eadem ratio hic militat, scilicet laboris, administrationis. Ita enim tutor vel curator

in his exigendis & administrandis laborat, sicut in iuste acquisitis. Idem ergo ius statuendum est in utrisq[ue], argumento l. illud, cum simili. ff. ad legem Aqu. Denique p[re]fata l. fori, concedens decimam fructuum tutori vel curatoris, non respicit ad modum acquisitionis bonorum pupilli, ut iuxta eam concederet eius tutori vel curatoris decimam, si iuste qualis forent vel eam denegaret, si illicite quaererentur: sed tantum consideravit fructus ipsos & redditus. Eorum namque, ut utroq[ue] acquisitionum, decimam concessit administratoribus minorum, suorumque bonorum tandem tutor tenetur usuras exercere, ut in toto titu. C. de usur. pupill. & l. ob servus, & ibi Doctores, ff. de administr. int. et usur, etiam si redditus sint usurarii, tutor poterit eius decimare.

Postremo facit, quia pupillus eiusque tutor vel curator, quoad acquisitionem fructuum & reddituum bonorum minoris respective, eodem iure censendi sunt, minor pro novem partibus, tutor vero vel curator pro decima: siquidem ita per l. fori, inter eos dividitur fructus & redditus per nomina numeralia, & partes quotativas, licet diversis iure eisdem quantantur. Minori namq[ue] ratione domini, tutori vero vel curatoris ratione laboris in administratione impensis: Sicut ergo pupillus habet suas novem partes fructuum & reddituum illicite acquisitionum & penes se remanent cum onere restituendi, ita etiam videtur, quod decima eorum penes tutorem eius vel curatorem cum eodem onere remanere debeat, quia equiparatorum equiparata esse debet dispositio, & neutra & eadem res diverso iure censatur, contra regulam iuris l. cum, qui ad usus, de usufructu cum simili.

His tamen non obstantibus, contraria sententia in specie nostrae quaestionis procul dubio sentenda est ut verior & sanior, imo quod tutor vel curator non possit deducere decimam ex redditibus vel fructibus illicitis, quomodo cumq[ue] illicite acquisiti sint. Primum.

Quia, & licet quicquid servus acquirit, domino acquirit, hoc tamen locum non habet in illicite acquisitionibus, quod servus ff. de acquir. possib.

Secundo, & quia licet acquisita a filio negotiante cu[m] pecunia patris; sint communicanda inter patrem & filium, iuxta glo. in l. cum oportet, in prin. ver. ex eius substantia, ibi, sed quid, C. de bonis, qua lib. ubi Bart. num. 3. & communiter Doctores, idem Bart. in l. 1. §. sed neque Castrens. ff. de collatio. bonor. idem Bart. in l. si tibi decem, §. si patris, num. 5. ff. de part. & in l. illud, C. de collatio. num. 2. ubi quod hoc debet intelligi de lucro, quod sit ex pecunia patris deducto labore persona, & quod communis usus in illa terra se habeat, quod de eo, quod quis lucratur cum pecunia alterius; medietas attribuitur propter laborem personae lucrantis, & altera medietas pecuniae. Illud vero, quod filius acquirit, quod attribuitur personae propter laborem, est adventitium: illud vero, quod attribuitur pecuniae, sit profectitium. Et cum Bartol. in hoc videtur esse receptior opinio secundum Dec. in dicit. l. illud, numer. 12. & Menoch. de arbit. iudic. libro 2. censuris, 2. casu 126. num. quarto, ubi alios allegat & sequitur Anton. Gomez, in l. 29. Tauri, num. 24. ubi ex hoc ad plurima infert quotidiana & utilia, & distinctionem Bartol. ubi supra, & glossae opinionem veritorem & magis communem appellat Ayor. de part. 3. par. quass. 2. n. 4.

Sed ubi non est h[ec] consuetudo, lucrum huiusmodi est dividendum arbitrio iudicis, qui hoc considerabit, an filius plus vel minus medietate lucri habere debeat pro suo labore, ut tenent plerique omnes in dicit. leg. cum oportet, in princip. ubi Cornucolum, 2. dicit communem, & consilio 130. volum. 2. col. 2. communem quodque profertur Socin. consilio 92. num. 15. volum. 1. C. de iur. in l. frater a fratre, num. 72. ff. de condit. indeb. & Rip. in l. 1. d. 1.

Non inquam obstant dictae leges Regiae supradictae communibus sententis & doctrinis, quoniam primo respondet Gregorius Lopez, in dicit. l. 3. in gloss. Mercaderia, circa finem, quod forte attentata equitate restringenda sit quinq[ue] casus, de quibus per Socin. d. consil. 92. volum. 1. quos ibi refert & sequitur Greg. Lopez, secundum

in quartam num. 137. ff. ad leg. Falcid. sequitur Jaf. in l. si ibi decem, §. si patris, num. 7. ff. de part. Et hanc receptionem appellat plures allegans Joan. Orof. ibi num. 3. ubi refert, opinionem glossae esse communem, item & opinionem Bartol. ubi supra, & tandem Orof. num. 4. ponit hanc supradictam concordiam, ut prius consuetudo, postea arbitrium iudicis consideretur, ibique refert duas rationes, quare inter patrem & filium dividatur praedictum lucrum: & limitat duobus modis eandem sententiam, scilicet quod respectu operarii filii dicatur adventitium, sive dividendum secundum consuetudinem, sive arbitrio iudicis, dicit communem plures referens Gregor. Lopez in l. 3. tit. 13. part. 6. in gloss. Mercaderia, ubi refert Socin. ubi supra distinguitur in hoc quinq[ue] casus, quos sequitur, dicit etiam communem D. Castellus in l. 29. Tauri, gloss. 1. loquitur alios referens Menoch. ubi supra, num. 5. dicens, num. 6. quod iudex pecuniae quantitate & industria considerabit, & si unam ab altera potuit distare animadvertent, & qua lance lucrum dividat: si vero industria pecuniae lucrum cedat, & quom erit, ut tantum demeret iudex patri, quantum pecuniae quantitas ratione temporis, & qualitate personarum lucrari potuit, & reliquum filio adjudicet, ut egregie respondet Ang. consil. 112. bona acquisita. Et quod h[ec] ratio in casu contrario eadem ratione inveniunda est, credit quoq[ue] Menochius ubi supra num. 7. pariter iudicis esse arbitrium, cui adjudicandum illud fit, quod ex bona & industria fortuna obvenit contra Socin. consil. 162. col. 2. lib. 2. exultans tamen, patri esse adjudicandum, cum patris nomine negotiatum esse praesumatur, quod minime verum esse opinatur Menochius, cum filius nomine potius proprio, ut sibi acquirit, quam patris negotia tractare videatur, ut ubi probat & tandem Ayora ubi supra, num. 2. & 3. ita cum Bart. & gloss. ubi supra, & magis communi rem hanc resolvit, quae las ganancias que evieren becho con dinero del padre, si es cierto que se hizieron con el dinero, sin la industria y trabajo del hijo, en tal caso se han de dividir entre los herederos, como peculo y bienes del padre, como si oviese dado agnellos biseno a cambio, o a perdiday ganancia de compannia, o otro reirracho semejante. Pero si fuere cierto que se ganaron con el trabajo e industria del hijo, y no con los dineros del padre, en tal caso se han de dividir entre los herederos del padre: Pero que en caso de duda, si cada el dinero que dice el padre para los herederos, todas las ganancias se partiran, la mitad para el hijo, por la industria y trabajo de su persona, y la otra mitad para su herederos del padre.

Nec supradictis obstat l. 3. in prin. tit. 13. part. 6. ubi dicitur, Todas las cosas que el hijo ganare en mercaderia con aver de su padre seyendo en su poder todas las deve aduzir a particion con los otros bienes, que fueron de su padre, e partir las con los otros hermanos: quae lex revera videtur approbare opinionem gloss. dicit. cum oportet, ut habeatur etiam in leg. 7. tit. 4. De las labores, lib. 3. fori, & corrigere supradictam communem opinionem Doctorum, quae habet, quod quatenus lucrum attributum est pecuniae, dicatur profectitium, & quaratur patri, quatenus vero industria & labori filii, adventitium, & quaratur filio quoad proprietatem, & non conferatur fratribus post mortem patris. Et ita voluit Castell. in l. 29. Tauri in 1. gloss. & etiam videtur corrigere aliam communem sententiam, de qua supra, quae habet, quod ubi non est consuetudo dividendi lucrum praedictum pro medietate, dividendum sit arbitrio iudicis.

Non inquam obstant dictae leges Regiae supradictae communibus sententis & doctrinis, quoniam primo respondet Gregorius Lopez, in dicit. l. 3. in gloss. Mercaderia, circa finem, quod forte attentata equitate restringenda sit quinq[ue] casus, de quibus per Socin. d. consil. 92. volum. 1. quos ibi refert & sequitur Greg. Lopez, secundum

do respondet Anton. Gomez, in dicit. l. 29. Tauri, num. 24. quod dicta l. 3. non corrigit supradictam communem sententiam, sed quod intelligatur, quando filius lucravit sine opera, Sed quia h[ec] solutiones divinas, accipere tiam eis potiorum, scilicet, ut dictae leges & egre intelligantur, quando filius ut infortior, patris suo nomine negotiatur, alias servanda sunt communia, ita in terminis respondet Joan. Orof. in dicit. l. si tibi decem, §. si patris, n. 6. ff. de part. & ante cum Montal. in dicit. l. 7. fori, in gloss. Con el aver del padre. Quarta autem & planior erit, ut intelligantur dictae leges Regiae iuxta praedictam distinctionem, de qua supra, quae videtur aequissima, ita Ayora, ubi supra, num. 3. fol. 123. col. 3.

H[ec] tamen & omnia, licet ita se habeant (& nunc ad rem) non tamen procedant in illicite a filio acquisitis cum pecunia patris, quia h[ec] non communicabit filius cum fratribus, ita tenet Bartol. per textum ibi, in dicit. l. quod servus, num. 2. & in dicit. leg. illud, num. 2. C. de collat. & est communis opinio, secundum Joan. Orof. in dicit. leg. si tibi decem, §. si patris, num. 5. & refert plures Baeca dicit. cap. 26. num. 3. Ergo ita etiam tutor vel curator non decimabit illicite acquisita per usuras, vel alias ex pecunia minoris.

Tertio, & quia sic etiam illicite acquisita durante matrimonio vel societate, non sunt dividenda nec communicanda inter virum & uxorem, vel inter alios socios, l. quid autem, ff. pro soc. l. 2. & l. 3. tit. 10. part. 5. Ita docuit in marito & uxore Palat. Rub. in rubrica de donat. inter virum & uxorem, §. 65. limitabis & Rodericum Suarez, in tit. De las ganancias, 4. limitat. Chassan, in consuetud. Burgund. rubric. 4. §. 2. ver. & acquest. num. 16. veris. 8. limitat, quos refert & sequitur Baeca dicit. cap. 26. num. 3. & ultra eum Rebuff. in compendio alien. rerum eccl[esi]e, num. 29. & Didac. Perez, in l. 2. tit. 4. lib. 3. Ordnam. pag. 162. veris. quaritur, Doctor Azaved. in leg. 2. num. 6. tit. 9. lib. 1. nova collect. Reg. & Joan. Garfia de conjugal. acquest. num. 71.

Imo & maritus illicite acquisita potest restituere, antequam ad communionem ea adducat, secundum Palat. Rub. ubi supra, & Baec. alios allegantem dicit. cap. 26. num. 8. nec non & Azaved. ubi supra, & Ioann. Garfia dicit. num. 71. Ergo ita etiam tutor sua non faciet nec pupilli illicite acquisita.

Imo & ante traditionem illorum pupillo faciendam poterit, si velit recusare solutionem illi faciendam rei illicite acquisitae, cum teneatur ad eius restitutionem, secundum Cynum, Alberic. & Salyc. in l. novissime, C. de administr. int. quos ad hoc refert & sequitur Baec. dicit. cap. 26. numero 7.

Quarto, & magis in terminis h[ec] nostra principalis sententia probatur ex doctrina Pauli Castren. in l. 3. ff. ad leg. Falcid. quae habet, quod si lucra sunt dividenda inter aliquos ex dispositione legis vel hominis, res illicite acquisitae non sunt dividenda, quae doctrina est communiter approbata, teste Alexand. in dicit. leg. 3. & consilio 77. libro 5. secundum Baecam ubi supra, numero 4.

Acedat & quinto, quia tutor vel curator tantum decimat fructus rei pupillaris, pupilli autem non censetur, quod ab eo auferri potest, leg. qui concubinam, §. si heres, ff. de legat. 3. gloss. in l. non quocunq[ue], §. si ff. de legat. 1. late las in d. non quocunq[ue], in prin.

Sexto facit, & quia tutor, qui aliquid usurarie acquisivit, teneatur illud restituere, etiam si pupillus id possideat, gloss. in cap. final. 46. distinctione, & alios allegans Baeca dicit. cap. 26. num. 6. ubi & quod etiam proxenetes, quo mediator res acquiritur, teneatur ad restitutionem usurarum, & utrumque ibi probat. Cum ergo tutor teneatur restituere redditus illicite acquisitos, non est admittendus, si eorum petat decimam, argumento l.

stetur, ut omnes fructus exigat & recipiat, nihilominus minorum perinet medietas ipsorum, quam recuperare debet eius tutor vel curator à debitore, vel à correo redendi, qui eos in solidum exigit. Recuperata igitur pro pupillo medietate eorum, eam iuste decimabit tutor vel curator ratione sui laboris & administrationis: Idemque dicendum est, si tutori & pupillo fructus, vel redditus simul debeantur, eosque in solidum exegerit tutor vel curator suo nomine. Cum enim medietatem eorum teneatur suo pupillo vel adulto reddere, eos sibi decimabit. Dico, medietatem eorum minoris competentem.

Et hæc speculative recte & iure optimo procedere videntur, cessareque ex eis fundamenta contraria fabricata per Baecam: Veram considerando nostram questionem iuxta actum prædicatum & ipsam et veritatem, ego ita eam definiem.

Nempe iure stetur veritate, ita ut si quidem revera iuxta actum inter partes fructus redditus quotannis debiti minori, & alii copulative in solidum vel pro parte, pertinent vel pertinere debeant in solidum, vel pro parte tertio; minori vero nihil, vel aliqua pars tantum, quamvis fuerit nominatus & adiectus obligationi, tunc solum decimabit tutor vel curator partem minori pertinentem, quam exegerit tutor vel curator, vel nihil, si ad minorem revera nihil debebat pervenire, iuxta actum & intentionem partium, fructus vero ad tertium pertinentes minime decimabit. Si vero fructus vel redditus in solidum pertinent ad minorem, sique revera sint, & eos exegerit tutor vel curator, omnes eos decimabit. In dubio autem, quando nihil fuit actum à principio in prædicta stipulatione & promissione fructuum copulative facta minori & tertio circa divisionem eorum, tunc habebit locum superiora, nempe, ut iure Regio, quilibet possit agere pro medietate fructuum, & tutor vel curator decimabit tantum medietatem fructuum ad minorem pertinentem, quam ipse tutor vel curator exegerit.

Quoad secundum, quando promissio facta est Titio aut Seio alternative: & tunc iure communitate, illi Seio nulla queritur actio vel obligatio, sed totum & in solidum queritur Titio, & ille Seius censetur esse adiectus solutioni, nudusque minister ad solutionem recipientiam: Itaque hic adiectus non poterit agere in iudicio, novare, acceptum ferre, nec aliquid circa debitum facere, sed tantum solutionem recipere, l. quod stipularius, ff. de solut. & in l. Stichum aut Pamphilum, §. quæstio, & in §. usufructuum, eodem tit. cum pluribus similib. & in l. 7. tit. 11. part. 5. Quod procedit, etiam si talis adiectus sit pupillus. Potest namque recipere solutionem sine auctoritate tutoris, text. in l. si stipulatus siero mihi aut pupillo, ff. de solut. & etiam si adiectus sit servus, text. in l. si stipulatus sim mihi aut Stichus, ff. de solut. Et talis obligatio non queritur domino, nec talis adiectus potest prohiberi recipere solutionem per principalem creditorem, sed imo etiam eo invito poterit debitor illi adiecto solvere, l. vero procuratori, §. 1. ff. de solut. & ibi Bart. text. in l. illud, eodem tit. & in §. plane, Instit. de instil. stipul. l. 5. tit. 14. part. 5. ubi aliquæ limitationes ponuntur, & latius per Anton. Gomez. statim citandum.

Hodie tamen in his Regnis ex dicti l. Pareseio dicitur ille tertius non erit adiectus, sed ei queritur actio & obligatio pro medietate debiti. Quod intelligi debet, quod ille tertius esse nominatus & adiectus principaliter ipsi dispositioni & substantiæ obligationis, ut si quis promissit Titio aut Seio: secus vero, si sit nominatus & adiectus exsequationi actus, & soli solutioni, ut quia promissit Titio decem, quæ promissit solvere Titio aut Seio, quia tunc ei non queritur jus vel actio pro aliqua parte, sed tantum erit simpliciter adiectus & nudus mini-

ster ad solutionem recipientiam, sicut de iure communi, & hoc casu habebunt locum, & procedent etiam hodie de iure Regio omnia supra dicta in materia adiecti, nec aliquid erit correctum, per d. l. Regiam. Hanc totam resolutionem in hac secunda prædicta questione tenet Anto. Gomez. secundò tomo variarum resolut. capit. 11. de qualis. contr. act. nu. 20. per totum, & Gregor. Lopez. in l. 7. tit. 11. part. 5. glo. 2. & Marten. in dict. leg. §. gloss. 5. numero octavo, cum sequentibus, sit. 16. lib. 5. nota collect. Reg. & ibi Azovod. numer. 37. & 38. ubi alios allegat.

Ad rem igitur, quando pupillus seu adultus, & alius alternative sunt correi credendi fructuum vel reddituum annuorum, tunc tutor vel curator minoris decimabit tantum eos fructus vel redditus, qui revera ad minorem pertinent, iuxta intentionem & actum contrahentium, & per ipsum tutorem vel curatorem exacti recuperati fuerint ipsi minori: iuxta nostram legem sieri: non vero eorum, qui ad alium tertium pertinent, licet eos exegerit tutor vel curator, cum non sint sui minoris: in dubio actum, quando nihil circa modum & partem acquisitionis fuerit actum, servandum erit, quod prædicimus in primo casu principali, nempe, quod cum tertius adiectus principaliter ipsi dispositioni consequatur medietatem, ut iure Regio modo resolvimus, & minor aliam medietatem, tutor vel curator ipsius decimabit sibi medietatem tantum fructuum ad suum minorem pertinentem, non vero aliam medietatem tertii.

SUMMARI A,

- 1 Onera imposita super fructibus, vel redditibus minoris, an deduci debeant, antequam tutor vel curator eos decimet, & numerus sequentibus per totum caput resolutur affirmative, n. 3. & probatur ibi & numerus sequentibus, ampliativè, n. 9.
- 2 Usfructuarius quotæ partis bonorum ex legato sibi relicto, non tenetur ad solutionem aris alieni.
- 4 Bona & substantia defuncti dicuntur deducitæ are alieno.
- 5 Legitima filii debita iure naturali minuitur are alieno.
- 6 Socii solum communicantur, quod superest deducto are alieno, & omnibus oneribus.
- 7 Legatus fructibus fundi alieni, deduci debet prius pars fructuum, quæ colono præstanda est.
- 8 Hereditatem pauperiorem facit falcidiam quæ auget, non solum quod hæres præstitit, sed etiam quod præstaturus est.
- Quantitas patrimonii æstimanda est, deducto eo, quod explicandatur venationum causa impenditur, numero 8.
- 10 Decimam solum deducet tutor vel curator de viginti annuorum, pro quibus pupillus servatus sit quotanni præstare alteri centum modios frumenti annuos, quos ipse pupillus habet, & num. 11.
- 12 Decimare potest tutor fructus pupilli etiam alteri legatos, quoties legatum non valuit.
- 13 Decimare potest tutor fructus pupilli legatos alteri post aliquot annos, interim quod non præstantur.
- 14 Decima supplenda est tutori vel curatori ex aliis rebus minoris pro fructibus, quos ipse minor culpa sua contrivit vel perdidit.
- 15 Decimare an debeat tutor vel curator debitum remissum pupillo pro fructibus ab eo cum auctoritate sui tutori vel curatori eidem a creditore remissum?
- 16 Dominus directus fundi an debeat habere quintam partem pretii remissi a fundario creditore pro remissione alterius debiti sibi facti?

17 Decimare an tutor vel curator possit fructus pupilli vel adulti, quos ipse remisit debitori cum auctoritate ipsius tutoris vel curatoris nominet tantum minoris præstita, & num. 19.

18 Alius nullus factus à tutore nomine pupilli, sibi prædicat quoad minuendam decimam.

19 Confessio facta per procuratorem procuratorio nomine, non nocet ei tanquam per se propria, si appareat, quod aliter si habeat veritas.

20 Decimare eos tantum fructus potest tutor vel curator, qui ad minorem revera pertinent, non vero, quos ipse fatetur ad se pertinere.

21 Propter nostrum affirmare vel negare, oratio non redditur vera nec falsa.

22 Quarta pars dotis ex statuto pertinet ad maritum soluto matrimonio, intelligitur de dote vera, non vero de ea, de qua solum constat per confessionem.

23 Redditus annuus impositus super bonis immobilibus minoris, deducendi sunt, proutquam eius fructus decimantur à tutore vel curatore.

24 Si alienam prius deducendum est, quoties computatio facienda est.

25 Gabella prædictæ vel fundi venditi annuo censu onerati, non debetur ex toto eius pretio, sed ex residuo, deducto prius capitali ipsius annuo censu.

26 Onus non videri impositum res pupillariis, an minuat decimam fructuum tutori vel curatori debitam, & numero 27.

27 Onus pensionis vel annui redditus super rebus & fructibus minoris iam constituti prius deducendum est, quam decima, præterquam pro tempore priori aut constitutionem pensionis vel census.

CAPITULUM XXXIV.

An onera imposita super fructibus vel redditibus minoris deduci debeant antequam tutor vel curator eos decimet?

MINOR tamen annuos redditus, gravatur à patre dare quotannis alteri partem eorum, queritur, an tutor vel curator decimam eorum omnium habere debeat, an vero ex reliquis deducit alteri relicto?

Et quod omnes decimare possit, facit, quoniam decima datur propter laborem, ut in l. s. de hoc loquentis, Tutor autem vel curator laborat in exactione & recuperatione omnium: Ergo ratione laboris debetur sibi omnium decima.

Secundo facit, quia ille, ad quem pertinet usus fructus quotæ partis bonorum ex legato sibi relicto, non tenetur ad solutionem æris alieni, ut Bart. per text. ibi in l. final. num. 3. ff. de usufruct. leg. & alios allegans Baeca de decim. tit. c. 27. num. 8. Ergo, &c.

Sed nihilominus contraria sententia est verior & præcise dubio tenenda, imo quod tutor vel curator in præmissa specie tantum decimam deducat de residuis redditibus, deductis prius legatis vel fidei commissis annuis. Primo, per textum in l. final. §. si autem as alienum, C. de bonis materis sibi, §. si autem legata vel fidei commissis, si sive annalia sive semel relicta immittent huiusmodi pensionis, si qui dem tales redditus sunt, qui sufficienter ad annalia legata, pater ex huiusmodi relicto hac dependere compellatur. Cum ergo annalia legata vel fidei commissis ex redditibus hereditatis deducenda sint, consequitur ex residuis tantum deducendam esse decimam, quia illi tantum remanent pupillo vel adulto, & legatarius vel fidei commissarius decimam non debet ex sua parte fructuum vel reddituum sibi relicta.

Tertio, quia bona & substantia defuncti dicuntur, deducto ære alieno, l. substantia defuncti, §. bona, ff. de verbo-

rum significatione, l. si, §. si autem as alienum, in princ. C. de bonis qua lib. probat latus Baeca de non melior. ratio. dor. fil. cap. 28. num. 1. 2. & 3. Sic etiam legitima filii debita iure nature, minuitur ære alieno, quod est prius deducendum, l. Pupinianus, §. quart. aff. de iudic. testament. cum similib. Ergo à fortiori idem erit dicendum in decima tutoris vel curatoris, quæ adversus iuris communis regulam deducitur, atque ita fructus vel redditus ad deducendam dictam decimam dici non debent, nisi deductis primo oneribus eorum, & sic prædictis legatis vel fidei commissis annalibus.

Quarto, quia inter locios id solum communicatur, quod superest, deducto ære alieno & omnibus oneribus, ut in leg. Annius, ff. pro socio, idem probatur in l. non amplius, ff. de legato 1. ubi Baldus notat, quod si ex quantumque re vendita decima est solvenda statuto, certe si emo rem pluribus oneribus obnoxiam, decima solvenda est ex qualitate, quæ superest, deductis oneribus. Idem probant Paulus & Raphael, Florian. & Jason, in dicta leg. non amplius, & alios allegans Baeca, dicto cap. 27. num. 10. & in materia gabellarum hoc idem probavimus in suo loco.

Quinto, pro hac parte est optimus textus in l. fundi Trebatiani, & ibi nota Bart. num. 4. ff. de usufruct. legat. ubi, quod si cui legantur fructus fundi, debet intelligi deductis fructibus, qui super sunt soluta parte fructuum, quæ colono præstanda est.

Sexto facit, quod de bonis, §. ex donationibus, ff. ad leg. Falcidiam, ubi, quod non solum, quod heres jam præstitit, sed etiam quod præstaturus est, debet hereditatem pauperiorem & auget falcidiam: sic etiam quantitas patrimonii, deducto eo, quod explicandatur venditionum causa impenditur, æstimatur l. quantum patrimonii, ff. ad leg. falcid.

Septimo, hæc sententia optime deducitur ex eadem leg. s. s. quæ ipsam decimam fructuum tutori vel curatori minoris deserti, ibi Maningalos de los fratos, 7. tome para sel diezmo. Ergo eos fructus tutor decimat, ex quibus pupillus alendus est, sed non est alendus ex his, quos gravatus est alius præstare, quoniam sunt alieni non proprii: igitur, &c.

Hinc cessant fundamenta contraria, quia quamvis tutor laboreat circa omnes fructus colligendos & exigendos, non tamen inde sequitur, quod de omnibus debeat habere decimam, cum non sint omnes pupilli.

Postremo facit, quia si aliud diceremus, minor solveret plus quam decimam tutori vel curatori fructuum eiusdem minoris, cum eam solvat ratione omnium in solidum, ex quo maxime lesus reperiretur: & ita merito hanc partem vi viorem probat & tenet Baeca dict. cap. 27. n. 9. cum seqq.

Idemque videtur dicendum, quod etiam si legatum non sit annuum, sed pro vna vice tantum, dum tamen de fructibus vel redditibus hereditas iubeatur solvi eiusdem rationibus.

Ex quibus tunc primo inferret Baeca, ubi sup. n. 16. quod si pupillus habens annuatim centum modios frumenti, gravetur illos centum quotannis præstare pro viginti aureis, certe tutor solum decimabit illos viginti aureos, quoniam illos solum habet revera pupillus: quod etiam probat ex l. si dignum, ff. ad leg. Falc. ubi, quod si dignum decem fundum damnetur heres quinque vendere, tunc dubio quinque erunt impundata falcidia. Idemque erit, si si pupillus gravatus sit magnam fructuum partem quotannis Titio præstare, gravatur tamen ipse Titius pro fructibus illis dare pupillo centum: hanc namque quantitatem, scilicet, centum decimabit tutor vel curator, argumentato text. in l. non videri, cum in l. qui a qui pretio, ff. ad legem falc. ubi, quia qui pretio fructus non minus habere intelligitur.